

DAD
CCRON

The image is a vertical banner. At the top, there is a circular arrangement of various flowers in shades of pink, purple, yellow, and white. Below this, the word "ACTA" is written in large, bold, gold-colored letters. Underneath "ACTA", the word "ET" is written in a slightly smaller, gold-colored letter. The background is a dark, solid color.

THE CONCILI OF THE CHOC DAYS

This image is very dark and blurry, making it difficult to discern specific details. A faint, horizontal, multi-colored band of light is visible near the top, suggesting a bridge or overpass at night. The rest of the image is mostly black.

A vertical photograph of a dense, colorful arrangement of flowers and greenery, possibly a bouquet or a large floral display, set against a dark background. The arrangement is composed of various flowers, including what appear to be carnations in shades of pink, red, and white, along with green foliage and smaller yellow flowers. The lighting is dramatic, with the bright colors of the flowers standing out against the deep shadows of the background.

A person is standing in front of a dark, textured background, possibly a brick wall. They are wearing a dark red, long-sleeved dress with a subtle, fine-grained texture or pattern. The dress has a straight silhouette and appears to be made of a soft fabric. The lighting is somewhat dim, highlighting the texture of the dress against the darker background.

.M4
I4
1907a
1

The image is a vertical, abstract digital artwork. The central figure is a person with a highly pixelated, multi-colored head and upper body, rendered in shades of green, blue, red, and yellow. This figure appears to be standing or floating within a dense, colorful field. The field is composed of numerous small, irregular shapes and patterns in a variety of colors, including red, orange, yellow, green, blue, and purple. The overall style is reminiscent of a video game or a futuristic digital landscape.




EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis




1080027709



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS


ACTA ET DECRETA
CONCILII PROVINCIALIS
MECHOACANENSIS I.

AN. DOM. MDCCCXCVII

MORELIAE CELEBRATI



ROMAE
TYPIS VATICANIS
—
MCMV.



ACTA ET DECRETA

CONCILII PROVINCIALIS


MECHOACANENSIS I.

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Jesús Católico

ACTA ET DECRETA

CONCILII PROVINCIALIS

MECHOACANENSIS I.

AN. DOM. MDCCCXCVII

MORELIAE CELEBRATI



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ROMAE FUNDACIÓN CULTURAL

LIBRERIA ROMANA
TYPIS VATICANIS

MCMV



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria


42755

Bx 837

M4

I4

L907a



IMPRIMATUR:

Fr. ALBERTUS LEPIDI, Ord. Praed., S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR:

JOSEPHUS CEPPETELLI, Patr. Constant., Vicesgerens.

Beatissime Pater,

Omni qua possumus reverentia et obsequio,
ad pedes Sanctitatis Tuae humillime provolu-
ti, postquam Dei misericordis gratia primum
nostrum Concilium Provinciale celebravimus,
eiusdem acta et decreta Sanctitati Tuae incun-
ctanter exhibemus, et supremo Tuо iudicio
recognoscenda, corrigenda et emendanda, liben-
tissimo subiicimus animo.

Maximopere exspectamus fore ut, Tua erga
nos Apostolica benignitate, hoc opus nostrum,
humile quidem et exiguum, affectu paterno excipi-
pias, et Tuam Benedictionem super nos et cle-
rum et populum huius Provinciae peramanter
impertire digneris.

Moreliae, 29 Martii anni Domini 1897.

Beatitudinis Tuae

Devotissimi in Christo filii

®


† JOSEPHUS IGNATIUS, *Archiep. Mechoa-
canensis.*

† THOMAS, *Episcopus Leonensis.*

† JOSEPH MARIA, *Episcopus Zamorensis.*

† RAPHAEL, *Episcopus de Queretaro.*

005710



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Eñe Domine,

Quamvis a die 28 Martii, qua Concilio nostro Provinciali finem imposuimus, eiusdem acta et decreta ad Apostolicam Sedem debuisse, diu tamen rem istam, necessitate compulsus, prorogavi.

Etenim plane tibi notum est quam magna in hac ditione sit sacerdotum penuria; quocirca, cum altera ad Urbem Mexicanorum peregrinatio in proposito esset, meum fuit consilium ut iidem duo sacerdotes, scilicet Rev. D. Franciscus Nieto, huius Sanctae Ecclesiae Portionarius et Rev. D. Joseph Luna et Menocal, Curiae nostrae Pro-Secretarius, qui nostro nostrorumque fidelium nomine, mense Aprili anni nuper elapsi, longissimum hoc iter erant suscepturi, secum etiam ferrent omnia Concilii nostri documenta; sed cum discessus peregrinorum de die in diem protraheretur, differebatur etiam quotidie ipsorum transmissio documentorum, usque dum, tantae morae consideratione compulsus, quamprimum denique praelaudati Concilii volumen cum predictis sacerdotibus mittere decrevi.

Illud etiam tibi, Eñe Domine, toto animo commendō, et etiam rogo, ut SSñum Dominum Nostrum

de longissimae istius morae causa et circumstantiis
certiorem facere velis.

Interim, Eminentiae Tuae omnia fausta feliciaque
a Domino adprecor. — Moreliae, die 4^a Ianuarii 1898.

Eminentiae Tuae

ALERE FLAMMAM
VERITATIS



Humillimus in Domino servus:
† JOSEPH IGNATIUS,
Archiep. Mechoacanensis.

DECRETUM

PROMULGATIONIS CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI.

Nos ATHENOCENES SILVA, DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
MECHOACANENSIS PROVINCIAE METROPOLITA.

Reverendissimis *Fratribus Episcopis, Capitulis tum Metropolitano tum Cathedralibus, Clero universo et Christifidelibus huius Provinciae Ecclesiasticae Mechoacanensis, Salutem in Domino.*

Actorum et Decretorum Concilii Provincialis Mechoacanensis canonica revisio et recognitio ad hunc usque annum MCMV dilata, et quidem non alia de causa, quam ut interim Concilii Plenarii Americae Latinae decreta facilius et efficacius ad praxim deducerentur, pervenit tandem auspicatissimum tempus uberrimos laborum Illñi ac Rñi DD. Iosephi Ignatii Arciga Predecessoris nostri, cuius dilectae animae pax sit et gaudium sempiternum, aliorumque Patrum et Synodali illius primi Provinciae nostrae Concilii, fructus colligendi.

Sacra enim Congregatio Concilii, probante SS. D. N. Pio Papa X, per decretum diei 4 Septembris 1905, Nobis in hac Metropolitana Sede Mechoacanensi praefato Illñi ac Rñi DD. Iosepho Ignatio Arciga suffectis, promulgationem Synodi Provincialis faciendam mandavit iuxta normas in eodem decreto praescriptas.


Quapropter auctoritate Nostra Metropolitana, ad normam citati decreti S. Congregationis Concilii, solemniter publicamus et promulgamus omnia et singula Decreta Concilii Mechoacanensis Primi, ab Apostolica Sede recognita, prout in exemplari Romae hoc anno MCMV typis Vaticanis edito continentur, eaque pro rite promulgatis haberi volumus et mandamus, sub expressa tamen et taxativa conditione, ut omnes et singulae dispositiones Concilii

X DECRETUM PROMULGATIONIS CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI.

Plenarii Americae Latinae praevaleant super quolibet provincialis Synodi decreto, et in dubiis standum potius sit menti, spiritui et litterae Plenarii Concilii quam Provincialis.

Datum Moreliae, die 1 Octobris anni 1905, in Solemnitate SS. Rosarii B. M. V.

† ATHENOCENES ARCHIEPISCOPUS MECHOACANENSIS.



RECOGNITIO

CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI.

DECRETUM S. CONGREGATIONIS CONCILII.

Vertente anno 1897 Rm̄us Archiepiscopus Mechoacanus eius que suffraganei Episcopi, quo novae huius provinciae necessitatibus consulerent, simul convenientes, cum S. Sedis beneplacito, primam provinciale Synodus rite habuerunt, eiusque acta et decreta iuxta canonicas sanctiones ad S. Congregationem Concilii pro revisione miserunt.

Sed cum iis diebus ageretur de extraordinario atque plenario totius Americae Latinae Concilio celebrando, et paulo post illud auspicatissime in Urbe cogeretur, necesse fuit ab implorata provincialis praefatae Synodi recognitione supersedere.

Nunc vero rogantibus Mechoacanae provinciae Praesulibus, ne oblivione obrutum maneret opus tanto studio et amore confectum, et cum Eñus Vir Cardinalis Vives y Tuto, cui pridem munus primae revisionis commissum fuerat, censuerit provinciale hoc Concilium ad ipsius provinciae decorem et utilitatem publicari posse, praeviis tamen nonnullis emendationibus et sub expressa et taxativa conditione ut omnes et singulae dispositiones Concilii Plenarii praevaleant super quolibet provincialis praecedentis Concilii decreto et in dubiis standum potius sit menti, spiritui et litterae Plenarii Concilii quam Provincialis; Sacra Congregatio Concilii standum esse decrevit voto Eminentissimi Card. Vives y Tuto, et mandandum esse Archiepiscopo Mechoacano ut iuxta illud provinciale Synodum publicet.

De quibus omnibus facta per infrascriptum S. Congregationis Concilii Secretarium relatione SSmo Dño N. Pp. Pio X in audientia diei 3 Septembris curr., Sanctitas Sua propositum revisionis


modum et S. Congregationis resolutionem confirmavit et approbavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Simulque Patribus ipsius Synodi, qui ad tam sanctum et utile opus adlaboraverunt meritas laudes tribuere et hodierno Metropolitae, suffraganeis atque universo clero et populo Mechoacanae provinciae Apostolicam Benedictionem, amoris et benevolentiae Suae testem peramanter impertiri voluit.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis Concilii, die
4 Septembris 1905.

+ VINCENTIUS CARD. EP. PRAENESTINUS,

Praefectus.

C. DE LAI, Secretarius.



UANL

ACTA CONCILII

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®


modum et S. Congregationis resolutionem confirmavit et approbavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Simulque Patribus ipsius Synodi, qui ad tam sanctum et utile opus adlaboraverunt meritas laudes tribuere et hodierno Metropolitae, suffraganeis atque universo clero et populo Mechoacanae provinciae Apostolicam Benedictionem, amoris et benevolentiae Suae testem peramanter impertiri voluit.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis Concilii, die
4 Septembris 1905.

+ VINCENTIUS CARD. EP. PRAENESTINUS,

Praefectus.

C. DE LAI, *Secretarius.*




UANL

ACTA CONCILII

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ACTA

CONCILII PRIMI PROVINCIALIS MECHOACANENSIS

Paucis abhinc mensibus, Illñus ac Rñus Archiepiscopus, D. D. Ioseph Ignatius Arciga, Episcopis suis suffraganeis sensum suum aperuit de celebrando Provinciali Concilio; omnesque laetissimis plausibus assentientes statuerunt illud in praesenti anno millesimo octingentesimo nonagesimo septimo celebrandum esse, impetrata prius a Summo Pontifice venia et apostolica benedictione.

Exquisito postmodum Rñi Visitatoris Apostolici voto, egregius iste vir propositum laudavit, et alacriter fovere pollicitus fuit. Tunc Illñus ac Rñus Archiepiscopus ad SSñum D. N. Leonem XIII sequentes litteras misit:

Beatissime Pater: Archiepiscopus Mechoacanensis, ea qua par est reverentia et obsequio ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter accedit, et filiali animo vestram Apostolicam Benedictionem efflagitat, eo ut primo huius Provinciae Concilio prospere et feliciter initium ponat, secundum praescripta a Sacro-sancto Concilio Tridentino.

Sanctitas Vestra probe noscit quae et quales in hac Mexicana Ditione publicae calamitates fuerint ex eo tempore quo Sanctae Ecclesiae hostes victoriam assequuti sunt. Dioecesis vero nostra, quam SS. D. N. Pius PP. IX ad Metropolitanae honorem anno 1864 evexit, fortasse fuit inter ceteras oppugnatissima, adeo ut primus Archiepiscopus et venerabilis predecessor noster D. D. Clemens a Iesu Munguía, in exilio decesserit, die 14 Decem. 1868, antequam ad nos ut Metropolita pervenerit.

Illo ipso mense, licet indignissimus, ad successionem illius sapientissimi Praesulis suscipiendam, Apostolica fui Auctoritate designatus.

Dioecesim inveni pauperrimam et desolatam, quam antea ditissimam videram: religiosas communites exclusas, earumque domus vel in militum hospitia conversas vel deterreme ab alienatas; Seminarii nostri omniumque collegiorum aedes, publicis administrationibus occupatas; externum cultum, usque ad ipsam cymbali pulsationem interdictum, et, quod longe pessimum erat, disciplinam laxatam vidi et auctoritatem plane despectam ab iis licentioris vitae clericis qui, civilium potestatum munimine, a legitima subiectione defecerant.

Una certe, adversus haec omnia mala, cautio est provincialium conciliorum celebratio; sed tenax contra Ecclesiae ministros vexatio et persecutio huic maximo officiebant bono.

Nunc vero, Dei misericordia et bonitate, ecclesiasticae auctoritatis exercitatio, licet non plena, aliqua tamen libertate fruuntur; ideoque, Illī et Rī Visitatoris Apostolici desideria obsequentes, de consensu venerabilium Episcoporum comprovincialium, in Synodus convenire statuimus proximo mense Ianuario, si Vestrae Sanctitati sic placuerit, et Apostolicam praesertim Benedictionem impertiret, tamquam Dei illustrationis pignus; et etiam ut labor noster in gloriam Domini cedat, in honorem B. V. Mariae, nostrae Ecclesiae prosperitatem et animarum salutem; ut synodalia nostra decreta, a Sacra C. Concilii recognita et vestra denique Apostolica Auctoritate roborata in nostris dioecesis rite promulgentur.

Datum Moreliae, die 3^a Decembbris, anno Domini 1896.

Sanctitatis Vestrae

Humillimus et obsequentissimus servus et filius
JOSEPH IGNATIUS, Archiep. Mechoacanensis.

Posteaque Illī ac Rī Metropolita sequens convocationis edictum promulgavit:

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Sanctae Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Illī et Rī in Christo fratribus Episcopis nostrae Provinciae, Venerabilibus Capitulis Metropolitanae et coeterarum Cathedralium Seminariorum Praesidibus, ceterisque personis

ecclesiasticis quae, de iure vel consuetudine, Concilio Provinciali interesse debent, salutem in Domino.

Sacrosanctum Concilium Tridentinum (Sess. xxiv, cap. ii, *De Reformatione*) statuit ut provincialia concilia, sicuti omissa fuerint, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex sacris canonibus permissis, renoventur, et deinde, quolibet saltem triennio celebrentur. Iustis vero de causis, ab omnibus valde notis, huic decreto citius obtemperare haud in nostra fuit potestate; sed Dei miserentis gratia, impedimenta praecipua quae maximis nostris desideriis officiebant, hodie feliciter evanuerunt. Idcirco, consilio cum venerabilibus et dilectissimis fratribus Episcopis suffraganeis inito, ipsisque consentientibus et plaudentibus, implorato prius Dei omnipotentis auxilio, Patris, Filii et Spiritus Sancti, et Beatissimae Virginis Mariae praesidio, gloriosissimi Patriarchae Divi Iosephi, universalis Ecclesiae Patroni omniumque sanctorum tutamine suffulti, auctoritate nostra metropolitana utentes, ad maiorem Domini gloriam necnon in Ecclesiarum universae nostrae Provinciae utilitatem, Synodus Provincialem convocandam statuimus, quam in Ecclesia nostra Metropolitana Mechoacanensi, proximo anno celebrandam, harum tenore litterarum indicimus, illamque in Dominicam infra octavam Epiphaniae Domini, solemniter aperiendam decernimus et convocamus.

Quapropter, Reverendissimos Provinciae Episcopos, Queretarensem scilicet, Leonensem, et Zamorensem, ut Concilio a nobis indicto, praefixo tempore adsint monemus, et in charitate Christi postulamus.

In synodus ipsam pro eodem designato tempore, insuper vocamus Venerabilia Capitula Ecclesiae Metropolitanae et aliarum cathedralium, quae per duos procuratores, suffragiis absolute maioribus eligendos, interesse tenentur.

Seminariorum etiam Praesides advocamus, ceterasque omnes personas ecclesiasticas, quae de iure vel consuetudine, Concilio Provinciali interesse debent, et quibus omnibus, in quantum opus fuerit, praecipimus et mandamus ut ad Concilium praedefinito tempore accendant.

Excusati vero ii duntaxat habebuntur, vel per procuratorem

comparere permittentur, quos, ex legitima causa, per nos cognoscenda et approbanda, impeditos iudicabimus.

Ad tanti denique operis prosperitatem consequendam, divinam illustrationem impetrare magnopere necesse est; ideoque volumus et mandamus: 1.^o Ut ab hac promulgatione usque ad Sacrae Synodi conclusionem, singulis quintis feriis Missa votiva solemnis de *Spiritu Sancto*, servatis servandis, in nostra Metropolitana Ecclesia celebretur. 2.^o Ut cuncti sacerdotes, in Missis tum privatis tum solemnibus, collectam de Spiritu Sancto, ceteris adilicant, exceptis tantummodo festis primae classis. 3.^o Ut parochi et ecclesiarum omnium rectores singulis dominicis diebus, omnes Christi fideles ad hoc in publicis concionibus adhortentur, ut Sanctissimi Salvatoris nostri gratiam impetrare non desinent, ad felicem exitum assequendum.

Datum Moreliae, in aedibus nostrae residentiae, octava die Decembbris, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo sexto.

† JOSEPH IGNATIUS Archiep. Mēchoacanensis.

JOSEPH LUNA et MENOCAL. Pro-Secretarius.

Paucis post diebus, Illīmus idem ac R̄mus Dominus, per suas pastorales litteras populum certiorem fecit de Concilii celebratione, et tum publicas tum privatas orationes praescripsit, pro felici ipsiusmet eventu.

Itidem de rebus in Synodo dilucidandis elenchum seu indicem inter omnes conciliares distribui idem R̄mus Archiepiscopus curavit.

CONGREGATIO GENERALIS PRAEPARATORIA.

Die 9 Ianuarii, hora quinta, congregati sunt in aedibus archiepiscopalibus omnes ad synodum vocati, prout ipsis opportune demandatum fuerat; et ad maximam aulam procedentes, ante altare B. V. Mariae de Guadalupe, ibidem erectum, sub ipsis praesidio configurerunt. Posteaque Illīmus ac R̄mus Archiepiscopus hymnum: *Veni creator* intonuit, ceteris prosequentibus. Quo finito, praecellentiori loco sedit Illīmus ac R̄mus Archiepiscopus in throno; et iuxta illum, ad utrumque latus, in cameribus sedibus, Reverendissimi Episcopi; ad appositas mensas, officiales synodi; et pro ordine prius assignato, reliqui conciliares.

Illīmus ac R̄mus Archiepiscopus brevem ad congregatos orationem habens, gratias in primis Deo retulit, qui tandem primam huius Provinciae synodum celebrari concessit. Adstantes Episcopos salutavit, omnium qui aderant laudationem fecit, et cum ipsis toto corde gratulatus est, pro mira alacritate qua ad synodalem pervenerant conventum. Hisce peractis, legit ipse met litteras ab Illīmo ac R̄mo Apostolico Visitatore acceptas, quibus synodus nostra probatur, laudatur et benedicitur. Deinde Illīmus ac R̄mus Metropolita iussit legi catalogum de vocatis ad synodum, quod secretarius, cunctis adstantibus: *adsum* respondentibus, sequenti modo fecit:

Nomina et cognomina R̄morum Patrum, ceterorumque ad synodum convocatorum:

Metropolita.

Illīmus ac R̄mus D. D. Joseph Ignatius Arciga, Archiepiscopus Mēchoacanensis.

Episcopi Suffraganei.

Illīmus ac R̄mus D. D. Raphael S. Camacho, Episcopus Queretarensis.

» » » Thomas Baron et Morales, Episcopus Leonensis.

» » » Joseph M. Cázares et Martinez, Episcopus Zamorensis.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Adstitit insuper

Illmus ac Rm̄us D. D. Herculanus López, Episcopus Sonorensis.

Metropolitae Consultores.

- R. D. Ludovicus Macouzet, Archidiaconus Mechoacanensis.
- » » Aemygdius Burgos, Canonicus et Vicarius Generalis.
- » » Ioseph M. Coronado, Canonicus Poenitentiarius.
- » » Franciscus Nieto, Portionarius.

Capitulorum Procuratores.

- R. D. Julianus M. Vélez, Decanus, pro Capitulo Metropolitano.
- » » Ioseph M. Coronado, Canonicus.
- » » Florentius Rosas, Archidiaconus, pro Capitulo.
- » » Stephanus G. Rebollo, Can. Magistralis. Queretarensi.
- » » Andreas Segura, Can. Magistralis, pro Capitulo.
- » » Antonius a I. López, Can. Doctoralis. Leonensi.
- » » Franciscus Mendoza, Can. Magistralis, pro Capitulo.
- » » Alexander Silva, Portionarius. Zamorensi.

Seminariorum Rectores.

- R. D. Laurentius Olaciregui, canonicus, pro Mechoacanensi.
- » » Florentius Rosas, archidiaconus, pro Queretarensi.
- » » Eugenius Olaez, pro Leonensi.

Ordinum Religiosorum Superiores.

- R. P. Fr. Antonius Muñoz et Ortiz, Provincialis Ordinis S. Francisci.
- » » Fr. Raphaël Villafuerte, Provincialis Ordinis S. Augustini.

Concilii Promotores.

- R. D. Laurentius Olaciregui, canonicus.
- » » Franciscus Banegas, Seminarii Mechoacanensis Pro-Rector.
- » » D. Ioseph M. Méndez, eiusdem Seminarii professor.

Secretarii.

- R. D. Augustinus P. Pallares, canonicus metropolitanus.
- » » Ioseph Luna et Menocal, Pro-Secretarius Archidioecesis.

Notarii.

- R. D. Felix M. Martinez, Seminarii Mechoacanensis professor.
- » » Lic. Procopius I. Padilla, Curiae Metropolitanae notarius.
- » » Lic. Salvador G. Puente.
- » » Ioannes a Dño Laurel, Cancellarius Mechoacanensis.
- » » Vincentius Acosta.

Caeremoniarum Magistri.

- R. D. Theophanes López.
- » » Emmanuel Hinojosa, parochus.
- » » Vincentius Zaragoza, Seminarii Mechoacanensis professor.
- » » Ioseph M. Estrada, eiusdem Seminarii professor.

Indices Synodales.

- R. D. Julianus M. Velez.
- » » Ludovicus Macouzet.
- » » Florentius Rosas.
- » » Andreas Segura.
- » » Franciscus Mendoza.

Concilii Consultores.

- R. D. Aemygdius Burgos.
- » » Laurentius Olaciregui.
- » » Antonius a I. López.
- » » Fr. Franciscus M. Arroyo, Ordinis S. Francisci.
- » » Joseph R. Avalos, parochus.
- » » Romulus Betancourt, parochus.
- » » Stanislaus Acha.
- » » Ignatius M. Torres, parochus.
- » » Franciscus Banegas.

- R. D. Ioachim Saenz et Arciga, Seminarii Mechoacanensis professor.
 » » Jesus Solórzano, Seminarii eiusdem professor.
 » » Feliz M. Martinez.
 » » Vincentius Testamento, S. I.
 » » Petrus de Arroyave, S. I.
 » » Ignatius Aguilar, Seminarii Mechoacanensis professor.
 » » Ioseph López et Ortega, eiusdem Seminarii professor.
 » » Ioseph M. Arroyo, parochus metropolitanus.
 » » Fr. Onuphrius A. Martinez, Ordinis S. Augustini.
 » » Fr. Benvenutus Sánchez, Ordinis S. Francisci.
 » » Vincentius Zaragoza.

Cantores.

- Diac. D. Franciscus Cano.
 » » Iosephi a R. Bautista.
 » » Emmanuel Hernández.
 » » Petrus Vera.
 Subdiac. D. Ioseph Soto.

Ostiarii.

- Subdiac. D. Aloysius Madrigal.
 Min. D. Ioannes Arroyo.

Acceptis postea litteris procurationis suaे a Capitulorum deputatis traditis, secretarius de mandato Illmō ac Rmō Archiepiscopi, decretum legit de *Iudicibus Synodalibus*, quod in actis sessionis primae exhibebitur; et ipsis traditae sunt credenciales omnium synodalium quae legitimae inventae fuerunt. Dein Illmō ac Rmō Metropolita iubente, secretarius legit decretum quo officiales synodi constituuntur, et Promotore instantе, ipsemet secretarius publicavit sequens:

Decretum de secreto ab omnibus servando.

Ioseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Neminem latet convenientissimum esse ut acta omnia et decreta huius Concilii alto et religioso silentio tegantur, donec

Apostolica Sedes ea recognoverit et postea fuerint ab Ordinariis promulgata; idcirco de consensu Rmorum Patrum comprovincialium, decernimus et mandamus, ut in congregazione generali praeparatoria omnes synodales spondeant, se de tenore decretorum nihil divulgatueros, donec a Sancta Sede examinata sint et ab Episcopis promulgata; de his autem quae in congregacionibus peragantur, perpetuum et absolutum silentium esse servatueros. Quod in sequentibus sessionibus vel congregacionibus promittere tenebuntur ii omnes qui ad eas post ipsam praeviam congregationem admissi fuerint.

Datum Moreliae, octava die Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Ab Illmō ac Rmō Archiepiscopo interrogati, omnes se secretum servatueros elata voce promiserunt.

Deinde cunctis adstantibus distributum fuit libellus sub titulo: *Ordo ad synodum ex Caeremoniali Episcoporum et Pontificali Romano excerptus. - Accedit norma pro Concilio Provincialis celebratione ab Illmō ac Rmō Archiepiscopo, DD. Iosepho Ignatio Arciga statuta.*

Postea lecta sunt ab eodem Secretario de *praeiudicio non afferendo, de non discedendo et de modo vivendi in Concilio*, in solemni sessione publicanda.

Ab Illmō ac Rmō Praeside nuntiatum fuit synodales in quinque «commissions» distribui, et a Secretario publicari iussit nomina eorum qui ad singulas adscribuntur, ut sequitur:

*COMMISSIO PRIMA.**Praeses:*

Illmō ac Rmō D. D. Herculanus López, Episcopus Sonorensis.

Consultores:

- R. D. Ludovicus Macouzet, archidiaconus metropolitanus.
 » » Franciscus Fernandez, canonicus.
 » » Franciscus Nieto, praebendatus.
 » » Ioseph Avalos, parochus.
 » » Franciscus Banegas.
 » » Ioachim Saenz et Arciga.

- R. D. Felix M. Martinez.
 » P. Fr. Onuphius A. Martinez, Ordinis S. Augustini.
 » » D. Vincentius Testamento, S. I.
 Haec commissio perpendet schema: *De fide et doctrinae catholicae necessitate ac praestantia.*

COMMISSIO SECUNDA.

Praeses:

Illiñus ac Rñus D. D. Thomas Baron et Morales, Episcopus Leonensis.

Consultores:

- R. D. Andreas Segura.
 » » Antonius a Iesu López.
 » » Paulus Torres.
 » » Ioseph ab Elisabeth López.
 » P. D. Petrus Arroyave, S. I.

Huic commissione demandatur examen decretorum: *De moribus informandis.*

COMMISSIO TERTIA.

Praeses:

Illiñus ac Rñus D. D. Raphael S. Camacho, Episcopus Queretarensis.

Consultores:

- R. D. Florentius Rosas.
 » » Stephanus G. Rebollo.
 » » Romulus Betancourt.
 » » Vincentius Acosta.
 » » Fr. Benvenutus S'ñchez, Ordinis S. Francisci.

Haec commissio perpendet schema: *De sacramentis, sacramentalibus et cultu divino.*

COMMISSIO QUARTA.

Praeses:

Illiñus ac Rñus D. D. Ioseph Maria Cázares et Martinez, Episcopus Zamorensis.

Consultores:

- R. D. Aemygdius Burgos.
 » » Franciscus Mendoza.
 » » Laurentius Olaciregui.
 » » Alexander Silva.
 » » Stanislaus Acha.
 » P. Fr. Raphaël Villafuerte, Ordinis S. Augustini.

Huic commissione datur schema: *De ecclesiastica administratione.*

COMMISSIO QUINTA.

Praeses:

R. D. Julianus M. Vélez, Decanus Ecclesiae Metropolitanae.

Consultores:

- » » Ioseph. M. Coronado.
 » » Ioseph. M. Arroyo.
 » P. Fr. Franciscus M. Arroyo, Ordinis S. Francisci.
 » D. Ignatius Aguilar.
 » » Jesus Solórzano.
 » » Ioseph López Ortega.
 » » Vincentius Zaragoza.

Haec commissio expendet schema: *De bonis ecclesiasticis.*
 His denique peractis, intimata fuit sessio solemnis pro sequenti die, hora octava matutina; et ab Illño ac Rño Metropolita, oratione: *Deus cuius misericordia;* ab omnibus antiphona *Sub tuum praesidium,* ab Illño et Rño Praeside versiculo: *Ora pro nobis....* cum oratione: *Gratiam tuam,* recitatis, Rñi Patres cunctique synodales e loco congregationis recesserunt.

SESSIO SOLEMNIS PRIMA.

Die decima Ianuarii, quae fuit Dominica infra Octavam Epiphaniae Domini, convenerunt in nostra Metropolitana Ecclesia procuratores Capitulorum, theologi et canonistae, parochi et clerici civitatis; et habitu conciliari induti, processionaliter accesserunt ad aedes quae prope a predicta surgunt ecclesia in qua

iam aderant Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus et Illīmi Episcopi, qui ad processionis adventum, pluviale et mitram acceperunt. Deinde, deposita cappa, Metropolita sacra indumenta assumpsit, et ordinari coepit processio ad Metropolitanam. Ad sacellum SS. Sacramenti pervenientes, genuflexi aliquantulum in adoratione ipsius permanserunt; ad presbyterium deinde progressi sunt, ubi Metropolita thronum concendit, Illīmi Patres camerales sedes apte praeparatas et ceteri synodales locum ante presbyterium dispositum occupaverunt.

Paulo post, Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus, pontificalibus paramentis, cum pallio et mitra pretiosa, indutus, de throno descendit, Illīmos Episcopos salutavit, et ad altare maius accedens, solemni ritu Missam *de Spiritu Sancto* celebravit; qua finita, absque ulla benedictione, paramenta depositi; et pluviali reassumpto, cum mitra auriphrygiata, in faldistorio sedit in medio presbyterii, Illīmis Episcopis ad utrumque latus, statuto ordine, itidem sedentibus. Postea surgens, et omnibus cum ipso genuflexis, intonuit antiphonam: *Exaudi, Domine...* quam prosequuti sunt cantores; et omnibus consendentibus, decantatus fuit psalmus LXVIII, *Salvum me fac...*; tunc repetita antiphona, Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus recitavit orationes: *Adsumus...* et *Omnipotens...* Deinde omnibus iterum genuflexis, cantatae sunt *Litaniae Sanctorum*, et Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus, post versiculum: *Ut omnibus fidelibus defunctis...* synodus benedixit, dicens: *Ut hanc praesentem synodum visitare, disponere et benedicere digneris.* Postea orationem: *Da, quaesumus...* recitavit et ad sedem suam ascendit. Deinde Canonicus diaconus, more solito, benedictionem petiit, eaque accepta, cantavit Evangelium: *Convocatis Iesus...*; quo finito, Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus intonuit hymnum: *Veni Creator Spiritus...*, qui usque ad finem ab omnibus prosequutus fuit.

His omnibus peractis, Illīmus ac Rīmus Praesul pulpitum ascendens, concionem habuit ad populum; qua finita, ad sedem reversus est; ad quem accessit primus promotor a magistro caeremoniarum ductus, factaque reverentia, instavit dicens: *Reverendissime in Christo Pater: Cum haec dies optatissima tandem advenerit qua Provincia Mechoacanensis suum queat concilium celebrare, et cum omnes qui de iure vel consuetudine adesse*

tenentur hic praesentes intueamur, ego, Laurentius Olaciregui, huius concilii promotor constitutus, supplex oro et insto, ut decretum de concilio aperiendo promulgare velis.

Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus respondit: *Mandamus ut decretum nostrum de aperienda synodo legatur.* Reverso promotore in locum suum, primus secretarius accepit de manu Illīmi ac Rīmi Archiepiscopi sequens decretum quod ex ambone legit:

Decretum pro aperiendo Concilio.

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

De consensu Reverendissimorum Episcoporum comprovincialium, hoc Concilium celebrandum decrevimus, in nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, sub tutela et praesidio Beatissimae Virginis Mariae de Guadalupe, divi Iosephi et omnium Sanctorum, ad providendum de iis omnibus quae fidei et morum integritas et ecclesiastica disciplina exigunt et postulant. Idecirco, decernimus hac ipsa die, decima mensis Ianuarii, Concilii Provincialis initium sumere, quod nostra metropolitana auctoritate indiximus, denuntiavimus et publicavimus. - Denique, Concilium Mechoacanense aperiendum esse decernimus, iamque apertum declaramus.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Secundus deinde secretarius cum altero ex notariis ad singulos Patres accessit, eorum votum exquires, illisque respondentibus: *placet*, ad Metropolitanum retulit, qui alta voce, dixit: *De assensu Reverendissimorum Patrum decernimus et declaramus, huius concilii initium faciendum, atque eius initium iam factum esse.*

Promotor postea, accessit et, facta reverentia, instavit dicens: *Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater: Sacrosanctum Concilium Tridentinum praecipit, ut Archiepiscopus et omnes qui de iure vel consuetudine concilio provinciali interesse debent, fidei professionem publice emittant et veram obedientiam Romano Pontifici spondeant et profiteantur: Pius*

Papa IV formulam professionis confecit ac praescripsit, et Pius IX aliqua postea eidem formulae adiecit. Ego, Laurentius Olaciregui, huius concilii promotor, insto et oro, ut decre-
tum de professione fidei emittenda promulgare velis.

Metropolita respondit: *Ita decernimus et mandamus;* et Secretario sequens tradidit decretum, quod illico fuit publi-
catum:

Decretum de professione fidei.

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia,
Archiepiscopus Mechoacanensis.

Cum a sacrosancta Tridentina Synodo sancitum fuerit, ut qui de iure vel consuetudine Concilio provinciali interesse tenen-
tur, fidei professionem faciant et praestent, ab hac exordiendum
esse duximus in hoc provinciali Concilio; quapropter catholicae
fidei professionem ab omnibus in ipso incidentibus palam et
publice emittendam decernimus secundum formulam a SS. D.
N. Pio IV editam in Constitutione: *Iucundum nobis... cum additionibus a SS. D. N. Pio IX praescriptis.*

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis mille-
simi octingentesimo nonagesimo septimo.

Tunc Ill̄mus ac R̄mus Archiepiscopus, deposita mitra et
genuflexus ad altare, fidei professionem emisit. Posteaque, sedens,
evangeliorum librum in ulnis tenuit, et ad eum accesserunt pri-
muī singuli Episcopi, deinde ceteri omnes synodales; et genu-
flexi ac manibus super evangelia positis, hanc formulam enun-
tiarunt: *Ego NN. idem spondeo, voveo ac iuro. Sic me Deus
adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.*

Finita professione, promotor publicari petiit decreta praevia,
sequentibus verbis: *Illustrissime ac Reverendissime in Christo
Pater: Ecclesiae disciplina postulat, ut sub initio Conciliorum
provincialium plura condantur et legantur decreta, scilicet « de
modo vivendi », « de synodi officialibus », « de non praeiudi-
cando », et « de non discedendo ». Quare ego, Laurentius Ola-
ciregui, huius Concilii promotor, insto et oro, ut praefata decreta
promulgare facias.*

Ill̄mo ac R̄mo Archiepiscopo annuente, ipsem promotor
decreta tradidit Secretario, qui ex ambone publicavit:

Decretum de modo vivendi in Concilio.

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia,
Archiepiscopus Mechoacanensis:

Cum gravissima religionis negotia complectatur opus ad
quod accingimur, vires autem humanae impares sint, ut ea quae
Dei sunt, prout oportet perficiant, omnes et singulos qui ad
synodum accesserunt, in Domino monemus, ut dum sacris Con-
ciliī laboribus curam impendunt, in omni bono opere abundant.
Precibus itaque et sacrificiis et charitatis operibus postulemus
a Domino, ut det nobis sedium suarum assistricem sapientiam,
ut mittat illam de coelo sancto suo, ac nobiscum sit et labore.
His praesertim temporibus, studeamus omni virtutum exercitio
incumbere, ut Christi bonus odor simus in salutem omni credenti.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis mille-
simi octingentesimo nonagesimo septimo.

Decretum de Concilii officialibus.

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia,
Archiepiscopus Mechoacanensis.

Eo quod ad huius Concilii progressionem nonnulli requi-
rantur adiutores, officiales eligimus, videlicet: promotorem
1^{um} Can. Laurentium Olaciregui, promotorem 2^{um} Pbr. Franci-
scum Banegas, promotorem 3^{um} Presb. D. Iosephum M. Méndez.
- Secretarium 1^{um} D. Can. Augustinum P. Pallares, secretarium
2^{um} D. Presb. Iosephum Luna et Menocal. - Notarium 1^{um} D.
Presb. Procopium I. Padilla, notarium 2^{um} D. Presb. Felicem
M. Martinez, notarium 3^{um} D. Presb. Salvatorem G. Puente,
notarium 4^{um} D. Presb. Ioannem a Deo Laurel, notarium 5^{um}
D. Presb. Vincentium Acosta. - Magistrum 1^{um} Caeremoniarum,
D. Presb. Theophanem López, magistrum 2^{um} D. Parochum
Emmanuelem Hinojosa, magistrum 3^{um} D. Presb. Vincentium Za-
ragoza, magistrum 4^{um} D. Presb. Iosephum M. Estrada. - Ostia-
rium 1^{um} D. Subd. Aloysium Madrigal, ostarium 2^{um} D. Min.
Ioannem Arroyo.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo,

Decretum de praeiudicio non afferendo.

Ioseph Ignatius, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Ne ex edicto convocationis ad Concilium, aut ex statuto ordine sedendi, vel ex aliqua cuiusque actione, de acquisito vel amissio iure, quaestiones in posterum oriantur, decernimus et declaramus, quod nulli propter ea praeiudicium generatur, aut novum aliquod ius acquiritur; sed omnia in eodem statuta firmaque manere, in quo sane antea erant quam hoc provinciale Concilium haberetur.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Decretum de non discedendo.

Ioseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis:

Cum a Deo enixe deprecemur, ut eorum quos in hac synodo congregavit, exitum quoque custodire dignetur, Reverendissimos Concilii Patres in Domino adhortamur, et universis synodalibus in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne prius quam conventus dimissus fuerit, ex hac urbe discedant, nisi iustum causam habuerint, a iudicibus excusationum cognitam et a nobis approbatam, idoneo etiam procuratore suffecto.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Postea Secretarius dixit: *R̄ni Patres: placentne vobis haec decreta?* Alter Secretarius cum notario vota Patrum exquisivit et Metropolitano detulit, qui alta voce dixit: *Decreta modo lecta Patribus placuerunt, ideo agendae sunt Deo gratiae.* Et respondentibus illis: *Deo gratias,* promotor iterum accessit et instavit dicens:

Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater: Concilium provinciale iudicibus opus habet, ut querelas et excusationes si quae exoriantur, expendant ac Patribus ad decernendum deferant: ideoque, ego, Laurentius Olaciregui, huius Concilii pro-

motor, insto et oro, ut praefati iudices constituantur, et decretum de hac re promulgare facias. - Illius ac R̄mus Praesul respondit: *Ita decernimus et ordinamus;* atque Secretario tradidit sequens decretum ex ambone publicandum:

Decretum de nominatione synodalium iudicium.

Ioseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Secundum sacrorum canonum decreta, audire convenit querelas si quae fuerint, et de excusationibus si adsint, iudicare; ideoque, iudices constituere decernimus, quibus procuratorum documenta examinare, ac querelas et excusationes diligenter audire, atque pacifice componere, ac demum una cum iudicio suo praevio ad nos referre incumbit, ut de iis cum Patribus iudicemus et definiamus. - Itaque, iudices nominamus: D. Decanum Ecclesiae Metropolitanae, Julianum M. Vélez; D. Archidiaconum eiusdem Metropolitanae, Ludovicum Macouzet; D. Archidiaconum Queretarensem, Florentium Rosas; D. Canonicum Magistralem Leonensem, Andream Segura; et D. Canonicum Magistralem Zamorensem, Franciscum Mendoza.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Dein promotor accessit et dixit: *Cum hodie sit Dominica infra Octavam Epiphaniae Domini et dies decima Ianuarii, quae omnes ad hoc concilium vocati adesse tenentur, ego, Laurentius Olaciregui, huius concilii promotor, insto et oro, ut omnium nomina publicentur.* - Metropolita respondente: *Ita decernimus et mandamus,* primus Secretarius ex ambone legit elenchem de convocatis ad synodum, qui omnes « *adsum* » dixerunt, quotquot supra in congregacione praeparatoria descripti leguntur.

Promotor deinde instavit hoc modo: *Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater: cum in conciliis provincialibus usu venit ut in prima sessione, subsequentis indicentur dies et hora,* ego, Laurentius Olaciregui, huius concilii promotor, *insto et oro ut idem nunc observetur.*

Metropolita respondit: *Habeatur Reverendissimorum Patrum sententia;* et Secretarius ex ambone interrogavit dicens: *R̄ni Patres: Placetne vobis ut proxima sessio habeatur in festo Purificationis B. M. Virginis, quae est secunda Februarii, ita tamen ut alia dies in congregacione generali assignari possit, iuxta id quod concilii acta postulent?* Exquisitis postea ab altero secretario cum notario votis Reverendissimorum Patrum et Metropolitae delatis, ab eo accepit Secretarius, et ex ambone legit sequens:

Decretum de inductione futurae sessionis.

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis:

De consensu R̄norum Patrum decernimus et statuimus, ut proxima nostri concilii sessio habeatur in festo Purificationis B. Mariae, quod est secunda sequentis Februarii, nisi aliter visum fuerit nostris congregationibus.

Datum Moreliae, die decima Ianuarii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Denique promotor in medio presbyterio sistens dixit: *Ego Laurentius Olaciregui, huius Concilii promotor, vos admoneo, venerabiles huius concilii notarii, ut accuratam relationem de omnibus quae in hac prima sessione gesta sunt, conficiatis.* Responderunt notarii: *Conficiemus.*

Tunc Metropolita surgens, solemnem benedictionem impetravit, et depositis paramentis, cum Ill̄mis Episcopis egressus fuit, ad palatium rediens.

SESSIO SOLEMNIS SECUNDA.

Die secunda Februarii, hora octava matutina, advenientes ad Ecclesiam Metropolitanam Ill̄mus ac R̄mus Archiepiscopus cum Ill̄mis Episcopis, a Capitulo Metropolitanu recepti et comitati sunt ad altare SS. Sacramenti, post cuius solemnem adoracionem, pontificalem Missam celebravit Ill̄mus D. D. Raphael S. Camacho, Episc. Queretarensis.

Pluviale rubrum induerunt, dein Metropolitanus et ceteri Patres, Capitulum Metropolitanum et concilio interessentes personae sedes proprias tenuerunt. - Metropolita ad faldistorium descendens, antiphonam inchoavit: *Propitius esto,* et post ipsa a cantoribus prosequuta, psalmo LXXVIII: *Deus venerunt gentes... decantato, illaque repetita, idem R̄mus Dominus recitavit orationes iuxta Pontificale.* Postea decantatum fuit a diacono Evangelium: *Designavit Dominus,* et hymnus: *Veni Creator Spiritus,* ut in sessione praecedenti.

Ad aulam deinde capitularem omnes ingressi sunt, et ianuis clausis, orationem habuit ad synodales Ill̄mus D. D. Raphael S. Camacho, Queretarensis Episcopus. Postea ante sedem venit primus promotor et instavit dicens: *R̄ni in Christo Patres: Cum post accuratam deliberationem in congregacionibus tum generalibus tum privatis, R̄norum Patrum plura decreta et statuta potuerint definiri, ego, Laurentius Olaciregui, huius concilii promotor, insto et oro, ut decreta huiusmodi et statuta publice legantur.*

Metropolita respondit: *Ita decernimus et mandamus.* Tunc Secretarius de ipsius manu accepit decretorum partem primam, quae est: *De fidei et doctrinae catholicae necessitate ac praestantia et ea publicavit, altero Secretario adiuvante. Lectione finita, Secretarius Patres interrogavit dicens: R̄ni Patres: Placentne vobis haec decreta?* Et accedens cum notario, secundus Secretarius vota Patrum exquisivit, qui omnes: *Placet responderunt.* Tunc Metropolitanus elata voce dixit: *Decreta et statuta modo lecta Patribus placuerunt; ideo, agendae sunt Deo gratiae.* - *Deo gratias,* respondentibus omnibus, promotor instituit pro inductione tertiae sessionis. Annuente Ill̄mo ac R̄mo Archiepiscopo, et R̄norum Patrum accepto voto, secretarius ex ambone legit decretum quo sessio indicitur pro die vigesima octava Februarii, quae est Dominica Quinquagesimae.

Eodem modo ac in prima sessione, instavit promotor pro instrumento confiendo, et notarii responderunt: *Conficiemus.*

Apertisque ianuis, ab aula capitulari omnes egressi sunt, et ex altare maiori Ill̄mus ac R̄mus Praesul solemniter omnibus benedixit; et depositis paramentis, ut in praecedenti sessione, omnes recesserunt.

SESSIO SOLEMNIS TERTIA.

Habita fuit Dominica Quinquagesimae, die vigesima octava Februarii, et omnia peracta sunt ut in praecedenti, Missam *de Spiritu Sancto* solemniter celebrante Illmo D. D. Raphaele S. Camacho, Episcopo Queretarensi. Ceteris omnibus ad normam Pontificalis Romani habitis, et oratione prolata in aula capitulari ab Illmo D. D. Ioseph M. Cázares et Martínez, Episcopo Zamorensi, promotor publicationem decretorum petiit; et ita ordinante Illmo ac Rmio Archiepiscopo, Secretarius de manu ipsius accepit decreta, et alternatim cum socio legit quae sunt: *De moribus informandis*. Deinde praefatus promotor Patres interrogavit: *Rmī Patres, placentne vobis haec decreta?* Ad eos deinde venit alter Secretarius cum notario, et omnes: *Placet responderunt.* - Metropolitanus, audita relatione, dixit: *Decreta et statuta, modo lecta, Patribus placuerunt; ideo agendae sunt Deo gratiae.* Respondentibus Patribus: *Deo gratias*, promotore deinde instantे, quarta sessio indicta fuit pro Dominica secunda in Quadragesima, quae fuit dies decima quarta Martii.

Metropolita solemnem benedictionem impertivit, et ad suas residentias omnes redierunt.

SESSIO SOLEMNIS QUARTA.

Omnibus ut in praecedenti peractis, sessio solemnis quarta fuit celebrata Dominica secunda in Quadragesima, sub decima quarta die Martii, sacrum solemne *de Spiritu Sancto* faciente Illmo D. D. Raphaele S. Camacho, Episcopo Queretarensi. Ceteris omnibus, iuxta Pontificalem Romanum expletis, orationem in aula capitulari pronuntiavit Illmo D. D. Herculano López, Sonorensis Episcopus, et promotor suum explevit officium, instans ut decretorum publicatio continuaretur. Et uti rogavit, Metropolita iubente, Secretarius ea legit quae: *De sacramentis, sacramentalibus et divino cultu parata iam fuerant.* - Lectionis horum decretorum adepto fine, Patres interrogavit: *Rmī Patres, placentne vobis haec decreta?* - Ad eos recurrente altero Secretario cum notario, omnes: *Placet responderunt.* Audita relatione,

Illmūs ac Rmūs Archiepiscopus dixit: *Decreta et statuta omnibus Patribus placuerunt; ideoque agendae sunt Deo gratiae.* Respondentibus Patribus: *Deo gratias*, accessit promotor ut proxima sessio designaretur; et de mandato Illmū ac Rmī Praesulis, annuentibus Reverendissimis Patribus, indicta fuit, pro Dominica tertia in Quadragesima, quae erit vigesima prima Martii.

Promotor petiit a notariis confectionem instrumentorum, quibus: *conficiemus* respondentibus, Illmū ac Rmūs Archiepiscopus, ex aula egrediens cum synodalibus, ad altare maius pervenit, et solemnem benedictionem impertivit. Omnes deinde, ut in praecedentibus sessionibus, recesserunt.

SESSIO SOLEMNIS QUINTA.

Die vigesima prima Martii, quae fuit Dominica tertia in Quadragesima, hora octava matutina, ad Metropolitanam Ecclesiam pervenerunt Illmū ac Rmūs Archiepiscopus cum ceteris Illmīs Patribus, qui a Capitulo Metropolitanō excepti, post SS. Sacramenti adorationem, ad presbyterium ascenderunt, ubi Illmū D. D. Herculano López Episcopus Sonorensis solemnem Missam *de Spiritu Sancto* celebravit. Deinde, Illmū ac Rmūs Praesul, pluviali indutus, ad faldistorium descendit; et antiphona, psalmo, orationibus, evangelio et hymno *Veni Creator Spiritus* solemniter decantatis, ad aulam capitularem omnes ingressi sunt; et clausis ianuis, oratio ad synodales dicta fuit ab Illmo D. D. Ioseph M. Cázares et Martínez, Episcopo Zamorensi. Inde, instantē promotore, Metropolita tradidit Secretario decreta: *De ecclesiastica administratione.* Alternans cum socio, Secretarius ea usque in finem legit, et Patres interrogavit: *Rmī Patres, placentne vobis haec decreta?* Vota exquisita fuerunt ab altero Secretario cum notario. Respondentibus Patribus: *Placet*, Metropolita dixit: *Decreta omnibus Patribus placuerunt; ideo agendae sunt Deo gratiae;* et istis respondentibus: *Deo gratias*, promotor institutus pro sexta sessione designanda. Audita Rmōrum Patrum sententia, Secretarius decretum publicavit quo sessio indicitur pro die vigesima tercia Martii, quae erit feria tercia huius hebdomadae.

De instrumentorum confectione, notarios promotor admonuit, et responso accepto, synodales omnes egressi sunt.

SESSIO SOLEMNIS SEXTA.

Die vigesima tertia Martii, hora octava ante meridiem, adunatis omnibus, ad templum pervenit Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus cum Illīmis Patribus, et vigilia in choro metropolitano solemniter ab omnibus synodalibus decantata, ad presbyterium ascenderunt ubi suum quisque locum accepit. Missam solemnem pro defunctis Episcopis provinciae celebravit Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus; qua finita, absolutionem super tumulum imperavit.

Metropolita deinde ad faldistorium descendens cuncta peregit quae supra in praecedentibus sessionibus scripta sunt. Quibus finitis, et ubi ad aulam capitularem omnes pervenerunt, promotor institut pro lectione decretorum. Metropolita ordinante, Secretarius ea legit quae: *De bonis ecclesiasticis* parata erant et postea quae inscripta fuerunt sub titulo: *De huius concilii decretis*. Exquisita deinde Rīmorum Patrum sententia et istis annuentibus, Illīmus ac Rīmus Archiepiscopus gratias Deo reddidit cum omnibus Patribus; et de eorumdem assensu, ultimam Concilii sessionem indixit pro die vigesima octava Martii, quae erit Dominica quarta in Quadragesima.

SESSIO SOLEMNIS ULTIMA.

Die vigesima octava Martii, quae fuit Dominica quarta in Quadragesima, hora octava matutina, Illīni Patres cum Metropolita in Metropolitanam Ecclesiam pervenerunt; et SS. Sacramento ab illis adorato, sacra indumenta induit Illīmus ac Rīmus Praesul, et Missam *de Spiritu Sancto* solemniter celebravit. Recitatis deinde precibus iuxta Pontificale Romanum, synodales in suis locis permanerunt, adstante in numero ac devotissimo clero et populo.

Instiit, in primis, promotor dicens: *Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater: Iuxta antiquam conciliorum consuetudinem, in ultima sessione solemni duo saltem consueverunt*

testes synodales pro qualibet dioecesi deligi et nominari. Ego, Laurentius Olaciregui, huius Concilii promotor, insto et oro, ut decretum « de testibus synodalibus » promulgare facias. Dicente Metropolita: Ita decernimus et ordinamus, accessit primus Secretarius atque de illius manu accipiens, ex ambone legit sequens:

Decretum de testibus synodalibus.

Ioseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolice Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Fideli huius Concilii observantiae et etiam futuro nostrae Ecclesiae bono prospicientes, testes synodales, prout fert antiqua et salutaris consuetudo, institui volumus, ut postea diligenter inquirant, an aliquid in dioecesi cui adscripti sunt, corrigendum seu emendandum sit; cognitumque in proxima provinciali synodo referre, ut si de rebus quibusvis antea minus provisum fuerit, rectius per subsequentem synodus provideatur.

De consilio igitur, et consensu Reverendissimorum Patrum, eligimus et electos esse declaramus:

- R. D. Franciscum Nieto, Praebendatum,
- » » Romulum Betancourt, Parochum, *pro nostra metropolitana archidioecesi*,
- » » Iosephum M. Velazquez, Decanum,
- » » Bartholomeum Coronel, Vicarium Foraneum, *pro diocesi Leonensi*,
- » » Franciscum Mendoza, Canonicum,
- » » Alexandrum Silva, Praebendatum, *pro dioecesi Zamorensi*,
- » » Ignatium Carrillo, Canonicum,
- » » Eustachium Tellez, Parochum, *pro dioecesi Queretrensi*.

Ut autem officio suo, legitima et solemni ratione devincentur, qui ex illis hic praesentes sint, illico in manus nostras, qui vero absentes, in Antistitis sui manus postea iurabunt se munus susceptum pro Deo et propter Deum fideliter esse implenturos, et postposito quolibet affectu sinistro, vel ante Concilium,

Episcopis suis et Metropolitano, vel ipso Concilio congregato, relatuos quae indagaverint et correctione indigere noverint.

Datum Moreliae, die vigesima octava Martii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Lecto decreto, a caeremoniarum magistro comitati ad Illūm ac Revīm Archiepiscopum accesserunt testes nomini, et ante ipsum genuflexi, iuramentum emiserunt hoc modo:

Ego... testis synodalis electus, iuro me fideliter munus meum impleturum, et omni remoto affectu ac cupiditate relaturum futuro concilio provinciali quidquid dignum fuerit ad sacrorum canonum mentem; vel ante synodum ipsam referre, si a Metropolita vel a meo Episcopo id postulatum fuerit. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Instavit deinde promotor pro subscriptione decretorum dicens:

Illustrissime ac Revīne in Christo Pater: Quum omnia et singula quae in hoc concilio decernenda erant, omnibus placuerint, reliquum est, ut Patres antequam discedant, omnibus et singulis subscribant; quapropter, ego, Laurentius Olaciregui, huius Concilii promotor, insto et oro, ut subscriptionem decretorum decernere digneris. - Metropolita respondente: Ita fieri decernimus, secretarius ex ambone legit sequens:

Decretum de subscriptione decretorum.

Joseph Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Reverendissimorum huius Concilii Patrum perfectum a iure munus et officium est, haud solum voto decisivo leges omnes condere, sed etiam ratas habere et propria subscriptione robore; quapropter volumus et decernimus, ut ab hac urbe non discedant, nisi prius decreta omnia subscripterint.

Datum Moreliae, die vigesima octava Martii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Deinde, ad aram maximam accedens Illīmus ac Rīmus Praesul, tam ipse quam ceteri Illīmi Patres, in cornu Epistolae subscripterunt omnia Concilii decreta, praesentibus Secretariis et Notariis,

Postea promotor accessit et dixit: *Illiē ac Rīne in Christo Pater: In fine cuiusque provincialis Concilii proxime sequens Concilium indicere usus exigit. Ego, Laurentius Olaciregui, huius Concilii promotor, insto et oro, ut decretum « de futuro concilio » promulgare facias. - Annuente Metropolita cum ceteris Patribus, secretarius accepit et publicavit sequens:*

Decretum de proximo Concilio provinciali.

Iosephus Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis.

Cum de more sit, quod in ultima sessione conciliorum provincialium, proximi subsequentis concilii tempus praefigatur, et cum statutum sit, ut in America nostra Latina Concilii provincialis celebratio ad duodecim annos differri valeat, de consensu Reverendissimorum Patrum decernimus, sequens Concilium provinciale, anno 1909 celebrandum esse; ita tamen ut hic terminus, servatis servandis, prorogari aut contrahi ex legitima causa possit, prouti rerum ac temporum ratio postulabit aut utilitati Ecclesiae expedire videbitur.

Datum Moreliae, die vigesima octava Martii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Accessit iterum promotor et instavit dicens: *Illiē ac Rīne in Christo Pater: Omnibus absolutis quae in hoc Concilio provinciali agenda erant, Ego Laurentius Olaciregui, huius concilii promotor, insto et oro, ut decretum « de Concilio finiendo » promulgare facias. Votis Patrum exquisitis, Metropolita declaravit finem concilii fieri et iam factum esse, et tradidit Secretario ex ambone legendum sequens:*

Decretum de Concilio finiendo.

Iosephus Ignatius Arciga, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mechoacanensis:

Cunctas animi nostri vires ad hoc tantum omni quo potuimus conamine adiungimus, ut Concilium provinciale nostrum in gloriam Domini et fidelium salutem, ipso Domino opitulante, cederet; iam vero omnia quae in mentem habueramus, in finem deducta sunt, ideoque gratias agentes Deo pro tanti doni

consequione, de consensu Reverendissimorum Patrum statuimus et decernimus, huic nostrae synodo finem imponere, et iam factum esse.

Datum Moreliae, die vigesima octava Martii, anno Salutis millesimo octingentesimo nonagesimo septimo.

Pulpitum deinde, in cornu evangelii ascendens Illius ac Rm Archiepiscopus, diaconis ipsum comitantibus, ad Concilium alloquutionem habuit. Reversus post alloquutionem ad sedem suam, Illius ac Rm Praesul intonavit hymnum: *Te Deum laudamus*, quem cantores, sonantibus organo aliisque musicis instrumentis solemnissime prosequuti sunt. Metropolita, postea, orationem: *Nulla est, Domine ex Pontifice* decantavit, et tunc ambonem ascendit Illustrissimus D. D. Raphaël S. Camacho, Queretarensis Episcopus, et ab ipso, respondentे omni Conilio et clero, cantatae sunt sequentes:

Acclamations.

Ac. Deo in substantia uno, in personis trino, Domino omnipotenti, qui erat, et qui est, et qui venturus est, benedictio, honor et gratiarum actio in saecula saeculorum.

R. Dignus est Dominus Deus noster accipere gloriam et honorem, quia creavit omnia et voluntate eius omnia creata sunt.

Ac. Sacratissimo Cordi Iesu, omnium gratiarum fonti ex quo immensae charitatis dona profluunt, amor semper flagrans et ubique diffusus.

R. Sit in gaudium et in laudem et in exultationem cunctis gentibus terrae, et adorent eum in saecula saeculorum.

Ac. Beatissimae et sine labe conceptae Virgini Mariae, Dei Genitrici, angelorum dominae, Ecclesiae matri, cunctarum haeresum interemprici, cleri magistrae, tutelae orbis, mexicanae gentis patronae et reginae, gloria, iubilatio, decus.

R. Respice, Virgo Mater benedicta, de sanctuario Tepeyacensi, populum tuum; advocata nostra, libera nos, et adiuva nos in necessitatibus nostris.

Ac. Sancto Iosepho, Ecclesiae universae patrono, huius Archidioecesos protectori, et ceterarum dioeceseon Patronis, omnis laus et honor et amor in aeternum.

R. Sancti patroni nostri, defendite nos in praelio contra nequitiam huius saeculi, ne praevaleant contra nos inimici, et coelestibus nos replete benedictionibus.

Ac. Beatissimo Patri nostro Leoni, expertissimo duci, doctori sapientissimo, et, inter tenebras errorum huius saeculi, lumini in coelo fulgentissimo, consolatio colestis, super hostibus Ecclesiae triumphus.

R. Dominus conservet eum et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, non tradat eum in animam inimicorum eius, et gloria aeterna coronet eum in coelis per omnia saecula saeculorum.

Ac. Reverendissimo huius synodi praesidi, mechoacanensi Metropolitae, virtus et sapientia et benedictio Dei sempiterna.

R. Dominus illuminet eum, et multiplicet super eum dona gratiarum suarum et prospero itinere deducat in portum aeternae salutis.

Ac. Reverendissimis Episcopis huius provinciae suffraganeis, gratiarum actio, merces suprema pro labore, et felix cuique ad sedem suam reditus.

R. Prosperum iter faciat illis Deus salutaris noster, et retrahat eis, et dirigat gressus eorum in viam pacis.

Ac. Reverendissimo Episcopo Sonorensi, qui synodo nostrae interesse dignatus est, ut laboribus nostris particeps fieret, laudes et gratiae.

R. Angeli Dei custodiant eum in omnibus viis suis, et in columis ad propria redeat.

Ac. Reverendis cathedralium Capitulis, procuratoribus, theologis, ceterisque omnibus qui synodo huic operam praestiterunt, laborum praemium et superna benedictio.

R. Merces coelestis et gratia divina. Dominus illos benedicat et beatos faciat in terra.

Ac. Venerabili Ecclesiae Metropolitanae Capitulo, clero huius civitatis et archidioecesos, et clero et capitulis totius provinciae, salus et benedictio colestis.

R. Benigne fac in voluntate tua, Domine, de Sion; ascendant ad te in odorem suavitatis sacrificia et preces eorum; in

bonis reple desideria eorum, et corona eos in misericordia et miserationibus.

Ac. Almae nostrae Nationi pax, prosperitas et omnipotentis Dei supereffluens benedictio.

R. Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster.

Ac. Fidelibus cunctis huius nostrae provinciae, et populo christiano per orbem diffuso, benedictio in terris et requies aliquando in domo Dei sempiterna.

R. Salvos fac servos tuos, Domine, sperantes in te, et rege eos et extolle illos usque in aeternum.

Ac. Haec provincialis synodus, legitime congregata, in catholica fide et sancta obedientia celebrata et absoluta, ad Dei omnipotentis gloriam et perfectiorem morum disciplinam, omnium votis cedat, eiusque decreta unanimes observemus.

R. Memores Dei mandatorum, sanctae universalis Ecclesiae canonum, provincialis huius synodi decretorum, crescamus in gratia et cognitione Domini Nostri et Servatoris Iesu Christi, intercedentibus patrona nostra Virgine Maria Guadalupensi, sanctis Apostolis Petro et Paulo et omnibus sanctis cum Christo regnantibus in saecula saeculorum. — *Omnes:* Fiat, fiat, amen, amen!

Deinde, primus secretarius ex ambone legit telegraphicas litteras Eñi Dñi Mariani Card. Rampolla, Secretarii Status SSñi Dñi nostri Leonis Papae XIII, quibus Illñ ac Rñ Archiepiscopo nuntiavit eidem a SSño Dño, suis humillimis precibus benigne annuente, facultatem tribui Benedictionem Apostolicam impertiendi in fine Concilii provincialis. Solemni igitur ritu eam dedit Illñ ac Rñ Praesul, quam devotissime suscepserunt clerici et populus.

Diaconus postea decantavit: *Recedamus in pace;* universo concilio respondente: *In nomine Christi. Amen.*

Accesserunt denique Rñi Patres, ordine suo, ad Illñ ac Rñum Archiepiscopum, a quo pacis amplexum acceperunt, et depositis paramentis, synodales omnes recesserunt.

DECRETA CONCILII.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bonis reple desideria eorum, et corona eos in misericordia et miserationibus.

Ac. Almae nostrae Nationi pax, prosperitas et omnipotentis Dei supereffluens benedictio.

R. Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster.

Ac. Fidelibus cunctis huius nostrae provinciae, et populo christiano per orbem diffuso, benedictio in terris et requies aliquando in domo Dei sempiterna.

R. Salvos fac servos tuos, Domine, sperantes in te, et rege eos et extolle illos usque in aeternum.

Ac. Haec provincialis synodus, legitime congregata, in catholica fide et sancta obedientia celebrata et absoluta, ad Dei omnipotentis gloriam et perfectiorem morum disciplinam, omnium votis cedat, eiusque decreta unanimes observemus.

R. Memores Dei mandatorum, sanctae universalis Ecclesiae canonum, provincialis huius synodi decretorum, crescamus in gratia et cognitione Domini Nostri et Servatoris Iesu Christi, intercedentibus patrona nostra Virgine Maria Guadalupensi, sanctis Apostolis Petro et Paulo et omnibus sanctis cum Christo regnantibus in saecula saeculorum. — *Omnes:* Fiat, fiat, amen, amen!


Deinde, primus secretarius ex ambone legit telegraphicas litteras Eñi Dñi Mariani Card. Rampolla, Secretarii Status SSñi Dñi nostri Leonis Papae XIII, quibus Illñ ac Rñ Archiepiscopo nuntiavit eidem a SSño Dño, suis humillimis precibus benigne annuente, facultatem tribui Benedictionem Apostolicam impertiendi in fine Concilii provincialis. Solemni igitur ritu eam dedit Illñ ac Rñ Praesul, quam devotissime suscepserunt clerici et populus.

Diaconus postea decantavit: *Recedamus in pace;* universo concilio respondentे: *In nomine Christi. Amen.*

Accesserunt denique Rñi Patres, ordine suo, ad Illñ ac Rñum Archiepiscopum, a quo pacis amplexum acceperunt, et depositis paramentis, synodales omnes recesserunt.

DECRETA CONCILII.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS I.

DE FIDE CATHOLICA.

CAPUT I.

De fidei professione.

1. Quoniam fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, et sine ea impossibile est placere Deo, a fide, quae radix iustificationis est, incipientes, solemnni professione confitemur et docemus omnia quae a Catholica Ecclesia, ut divinitus revelata, credenda proponuntur; ideoque nos Patres huius Concilii Provincialis Mechoacanensis, sequentem formulam professionis fidei, a Pio IV et Pio IX praescriptam, in ipso Concilio toto cordis affectu pronunciavimus et pronunciamus, videlicet:

« Ego *N.* firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur; videlicet: Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum; et ex Patre natum, ante omnia saecula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantiale Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis: et incarnatus est de Spiritu Sancto

Conc. Mechoacan.

ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholica et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum: et vitam venturi saeculi. Amen.

« Apostolicas et ecclesiasticas traditiones reliquaque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam umquam, nisi iuxta unanimum consensum Patrum, accipiam et interpretabor.

« Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacraenta novae legis a Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria; scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et adprobatos Ecclesiae Catholicae ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione, recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

« Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium, pro vivis et defunctis; atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem, una cum Anima et Divinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus, et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem Ecclesia Catholica transubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

« Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Santos, una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero, imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem imperitiandam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem et magistrum agnosco, Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro.

« Caetera item omnia a sacris Canonibus et Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo et ab Oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque haere-

ses quascumque ab Ecclesia damnatas et reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio et anathematizo.

« Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte confiteor et veraciter teneo, eamdem integrum et inviolatam, usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, voveo ac iuro. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia ».

2. Reprobamus omnes errores ab Ecclesia damnatos, nominatim vero illos qui notantur in Encyclica Pii IX *Quanta cura* et in adnexo *Syllabo*, nec non in Encyclicis SS. D. N. Leonis XIII.

3. Canonicam professionem fidei secundum formulam Pii IV et Pii IX corde et ore emittere debent:

a) Omnes ad episcopatum promoti antequam consecrentur et etiam in SS. Viatici susceptione. – b) Archiepiscopi, Episcopi et omnes illi qui de iure vel consuetudine in synodo provinciali vel diocesana interesse debent. – c) Provisi de canonicatibus, dignitatibus et beneficiis residentialibus; idque per seipsos intra duos menses a die adeptae possessionis in ecclesiis cathedralibus. – d) Provisi de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus. – e) Omnes illi quibus de monasteriis, conventibus, domibus et aliis quibuscumque locis regularium quorumcumque ordinum etiam militarium quoicumque nomine vel titulo providebitur. – f) Doctores, magistri, regentes et alii cuiuscumque artis et facultatis professores, sive clerici, sive laici, ac saeculares vel cuiuscumque ordinis regulares

sint, qui in publicis universitatibus, vel gymnasiis, aut scholis per legitimam obedientiam ecclesiasticae iurisdictioni subiectis lectiones habeant. Sed pro ludimagiistris iuxta breviorem formulam. – g) Scholares omnes qui in universitatibus vel gymnasiis ad aliquem gradum promoveri voluerint. – h) Haeretici qui ad veritatem fidei catholicae, et apostatae qui ad unitatem Ecclesiae sponte redire voluerint. Sed hi secundum specialem formulam a S. Officio editam. – Insuper i) Vicarii Generales et Provisores, antequam munus suscepient. – j) Vicarii Foranei. – k) Examinatores synodales. – l) Rectores, pro-rectores et seminariorum professores. – m) Parochi ad nutum et vicarii ad instar parochorum instituti.

4. Parochi aut eorum vicarii singulis dominicis diebus, plena et lenta voce, actus fidei, spei et charitatis post evangelium missae parochialis, sive privatae, sive solemnis coram populo recitabunt.

CAPUT II.

De spiritismo et hypnotismo.

5. Omnino abstineant fideles a superstitionibus quibuscumque, seduloque devitent conventus spiritismi, etiam curiositatis causa; in iis siquidem mortuorum anime impie evocantur aliaeque impietas committuntur. Hoc enim est omnino illicitum et a S. Scriptura et ab Ecclesia damnatum.

6. Item, cum hypnotismus, cum magnetismo in multis conveniat, sedulo serventur in usu hypnotismi normae et prohibiciones a S. Sede praescriptae.

7. Cum autem in hypnotismi effectibus, etiam qui elementares vocantur, pericula non pauca habeantur, fideles ab ipsis abstinere current, et hypnotizantium et hypnotizatorum conventus nullatenus frequentent.

CAPUT III.

De conversatione cum acatholicis.

8. Oracula divina nos admonent, ut recedamus a tabernaculis impiorum, ne in peccatis eorum involvamur; quoniam sermo haereticorum, ut cancer serpit. Et haereticum hominem post unam et secundam correctionem, devitare nos praecipit Apostolus. Blandi haereticorum sermones demulcent animam, maxime si coniunguntur muneribus, ut agere solent errorum propagatores, qui libros, libellos, pecuniam ad proselytos multiplicandos abunde dispergunt. Ob infastam cultum libertatem in regionibus nostris proclamatam, subintroierunt apud nos homines perversi, qui posthabito Dei timore, nihil intentatum relinquunt, ut incautos vel malae voluntatis homines in errorum rete capiant et adducant discipulos post se: ideo cum Apostolus attentos nos esse praecipiat ad invigilandum universo gregi, in quo nos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, volumus ut sacerdotes et fideles sequentia fideliter tenere et servare curent.

9. Iamdudum constitutum fuit, omnes catholicos separandos esse ab omni cum haereticis et excommunicatis communicatione ac participatione; postea vero a constitutione Martini V *Ad vitanda scandala...*, in Concilio Constantiensi promulgata, sublata fuit prohibitio communicandi in civilibus cum excommunicatis toleratis; relicta tamen prohibitione communicandi tum in civilibus, tum in divinis cum excommunicatis vitandis, seu qui per legitimam praelatorum auctoritatem ab Ecclesiae Catholicae sinu, nominatim et publice deiecti fuerint.

10. Sciant omnes fideles prohibitam omnino esse participationem seu communicationem in sacris seu divinis cum haereticis quibuscumque, adeo ut non liceat haereticorum coetibus et concionibus nequidem ex mera curiositate interesse, aut eorum cultui quasi simul cum ipsis agendo assistere. Qui autem secus fecerint haereticis credentes, receptantes, faventes ac defendantes, excommunicationi *latae sententiae* Romano Pontifici speciali modo reservatae subiiciuntur¹.

11. Verum non solum a communicatione in divinis sine mora abstinere debent fideles, sed pro viribus a privatis etiam consortiis eorum aliorumque, qui irridere solent fidem catholicam, eius ritus et sacramenta, cultum Sanctorum, suffragia pro defunctis, aliosque ecclesiae usus. « Denuntiamus autem vobis, fratres in nomine Domini Nostri Iesu Christi, scribebat Apostolus, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis »².

12. Servetur omnino praeceptum Alexandri IV quo prohibitum fuit omnibus laicis de fide catholica publice vel privatim disputare cum haereticis: « Inhibemus quoque ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel privatim de fide catholica disputare »³.

13. Et nullus clericus publicas disputationes cum haereticis instituere audeat contra præscripta decretorum S. C. de Prop. Fide, 8 Martii 1625; 18. Dec. 1662, etc.

14. Moneant parochi patresfamilias ne suos familiari patientur apud impios, haereticos, vel alios, qui

¹ Const. *Apostolicae Sedis*.

² II. Thessal. III, 6.

³ In Sexto, lib. v, tit. 2, cap. 2.

fidem vel mores adoriantur, vel religionis cultum, aut etiam praceptorum Ecclesiae observantiam impediunt.

15. Summopere invigilant parochi, ne viri aut mulieres in suis parochiis exurgant, qui in cathedra pestilentiae sedentes, loquantur perversa contra catholicam fidem, ut adducant discipulos post se. Si quem ex his seductoribus advenire vel exurgere deprehenderint, quam primum ad suum quisque Episcopum deferat, ut huic tanto scandalo totis viribus occurrat, ne forte venenum latius diffundatur; eamque in depellendis erroribus prudentem normam teneant, quam Episcopi tenendam iudicent.

CAPUT IV.

De scholis et collegiis acatholicis et neutris.

16. Proverbium est: « Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea »¹. Idque probe noscentes inimici Dei et Ecclesiae, pravarum fautores ac propagatores doctrinarum, nihil intentatum nihilque inexpertum relinquunt, ut omnem Ecclesiae potestatem atque salutarem vim, quam ipsa Ecclesia ex sua divina institutione exercere debet, vel magis in dies coarcent, vel fideles ab eisdem institutis arceant, et ipsa instituta pleno civilis politicaeque auctoritatis arbitrio subiiciant, ad imperantium placita et ad volubilem aetatis opinionum rationem. Propterea consilia conatusque arcendi a popularibus scholis Ecclesiae potestatem proficiuntur ex animo eidem Ecclesiae summopere adverso atque ex studio extingendi in populis divinum sanctissimae fidei nostrae lumen.

17. Sciant omnes fideles excommunicationem Ro-

¹ PROV. XXII, 6.

mano Pontifici reservatam incidere ii omnes qui nomen dederint sectae massonicae vel carbonariae, aut aliis quibuscumque eiusdem generis, quae contra Ecclesiam, vel legitimas potestates, seu palam, seu clandestine machinantur, necnon iisdem sectis favorem qualemcumque praestantes; earumque occultos corypheos ac duces non denuntiantes, donec non denuntiavent.

18. Meminerint etiam, praeter istas, esse et alias sectas prohibitas atque sub gravis culpa reatu vitandas: inter quas praecipuae recensendae illae omnes quae a sectatoribus secretum nemini pandendum et omnimodam obedientiam occultis ducibus praestandam iuriando exigunt.

19. Animarum rectores, concionatores et confessarii enixe studeant impurissimam hanc luem, quae per omnes Reipublicae venas serpit extirpare, pra oculis habitis saluberrimis monitis et praceptis Encycliae *Humanum Genus* SS. D. N. Leonis Papae XIII aliorumque S. Sedis documentorum.

CAPUT V.

De pravis libris et ephemeredibus.

20. Assidue vigilare atque omni ope contendere, ut integritas fidei morumque christianorum nullum detrimentum capiat, si unquam alias maxime est necessarium hoc tempore, cum effrenatis licentia ingenii ac moribus, omnis fere doctrina, quam Servator hominum Jesus Christus tuendam Ecclesiae suae ad salutem generis humani permisit, in quotidianum vocatur certamen atque discrimin. Quo in certamine variae

¹ Const. *Apostolicae Sedis*.

fidem vel mores adoriantur, vel religionis cultum, aut etiam praceptorum Ecclesiae observantiam impediunt.

15. Summopere invigilant parochi, ne viri aut mulieres in suis parochiis exurgant, qui in cathedra pestilentiae sedentes, loquantur perversa contra catholicam fidem, ut adducant discipulos post se. Si quem ex his seductoribus advenire vel exurgere deprehenderint, quam primum ad suum quisque Episcopum deferat, ut huic tanto scandalo totis viribus occurrat, ne forte venenum latius diffundatur; eamque in depellendis erroribus prudentem normam teneant, quam Episcopi tenendam iudicent.

CAPUT IV.

De scholis et collegiis acatholicis et neutris.

16. Proverbium est: « Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea »¹. Idque probe noscentes inimici Dei et Ecclesiae, pravarum fautores ac propagatores doctrinarum, nihil intentatum nihilque inexpertum relinquunt, ut omnem Ecclesiae potestatem atque salutarem vim, quam ipsa Ecclesia ex sua divina institutione exercere debet, vel magis in dies coarcent, vel fideles ab eisdem institutis arceant, et ipsa instituta pleno civilis politicaeque auctoritatis arbitrio subiiciant, ad imperantium placita et ad volubilem aetatis opinionum rationem. Propterea consilia conatusque arcendi a popularibus scholis Ecclesiae potestatem proficiuntur ex animo eidem Ecclesiae summopere adverso atque ex studio extingendi in populis divinum sanctissimae fidei nostrae lumen.

17. Sciant omnes fideles excommunicationem Ro-

¹ PROV. XXII, 6.

mano Pontifici reservatam incidere ii omnes qui nomen dederint sectae massonicae vel carbonariae, aut aliis quibuscumque eiusdem generis, quae contra Ecclesiam, vel legitimas potestates, seu palam, seu clandestine machinantur, necnon iisdem sectis favorem qualemcumque praestantes; earumque occultos corypheos ac duces non denuntiantes, donec non denuntiavent.

18. Meminerint etiam, praeter istas, esse et alias sectas prohibitas atque sub gravis culpa reatu vitandas: inter quas praecipuae recensendae illae omnes quae a sectatoribus secretum nemini pandendum et omnimodam obedientiam occultis ducibus praestandam iuriando exigunt.

19. Animarum rectores, concionatores et confessarii enixe studeant impurissimam hanc luem, quae per omnes Reipublicae venas serpit extirpare, pra oculis habitis saluberrimis monitis et praceptis Encycliae *Humanum Genus* SS. D. N. Leonis Papae XIII allorumque S. Sedis documentorum.

CAPUT V.

De pravis libris et ephemeredibus.

20. Assidue vigilare atque omni ope contendere, ut integritas fidei morumque christianorum nullum detrimentum capiat, si unquam alias maxime est necessarium hoc tempore, cum effrenatis licentia ingenii ac moribus, omnis fere doctrina, quam Servator hominum Jesus Christus tuendam Ecclesiae suae ad salutem generis humani permisit, in quotidianum vocatur certamen atque discrimin. Quo in certamine variae

¹ Const. *Apostolicae Sedis*.

profecto atque innumerabiles sunt inimicorum calliditatis artesque nocendi: sed cum primis est plena periculorum intemperantia scribendi, disseminandique in vulgus quae prave scripta sunt. Nihil enim cogitari potest perniciosius ad inquinandos animos per contemptum religionis perque illecebras multas peccandi.

21. Ad tot gravissima pericula devitanda, fideliter serventur normae et regulae circa censuram, divulgationem et prohibitionem librorum aliorumque scriptorum a SS. D. N. Leone Papa XIII statutae in Constitutione Apostolica *Officiorum et munerum*, edita die 25 Ianuarii 1897 aliaque apostolica praescripta.

22. Sciant typographi et editores librorum ipsis speciatim praecepta esse quae sequuntur: « Nullus liber censurae ecclesiasticae subiectus excudatur, nisi in principio nomen et cognomen tum auctoris, tum editoris praferat, locum insuper et annum impressionis atque editionis. Quod si aliquo in casu, iustas ob causas, nomen auctoris tacendum videatur, id permittendi penes ordinarium potestas sit. — Noverint typographi et editores librorum novas eiusdem operis approbati editiones, novam approbationem exigere, hanc insuper textui originali tributam, eius in aliud idioma versioni non suffragari. — Libri ab Apostolica Sede damnati, ubique gentium prohibiti censeantur, et in quocumque vertantur idioma. — Quicumque librorum venditores, praecipue qui catholico nomine gloriantur, libros de obscenis ex professo tractantes neque vendant, neque commonet, neque retineant. ceteros prohibitos venales non habeant, nisi a S. Indicis Congr. veniam per Ordinarium impetraverint, nec cuiquam vendant, nisi prudenter existimare possint, ab emptore legitime peti »¹.

¹ Const. *Officiorum*, 25 Ian. 1897.

23. Transgressores autem decretorum generalium S. Sedis de censura et prohibitione librorum, hisce canonici poenis subiacent: « Omnes et singuli scienter legentes, sine auctoritate Sedis Apostolicae, libros apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, necnon libros cuiusvis auctoris per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendantes, excommunicationem, ipso facto, incurrit, Romano Pontifici speciali modo reservatam. — Qui sine Ordinarii approbatione sacrarum Scripturarum libros vel earumdem adnotationes, vel commentarios imprimunt, aut imprimi faciunt, incident ipso facto in excommunicationem nemini reservatam. — Qui vero cetera transgressi fuerint, quae his decretis generalibus (Constitutionis videlicet *Officiorum*) praecipiuntur, pro diversa reatus gravitate serio ab Episcopo moneantur; et, si opportunum videbitur, canonici etiam poenis coerceantur »¹.

24. Contra pravorum librorum et ephemeridum venena mortifera, medicamina salutaria adhibenda sunt. Hinc, quia perversi homines ad perniciose doctrinas in populis spargendas, typographica arte abutuntur, nobis eodem medio ad salutares ubique doctrinas seminandas, ut similiter expedit.

25. Volumus igitur ac praecipimus, ut parochi saepius fideles moneant, ne umquam legere presumant scripta quae ab impiis hominibus edita fuerunt, quaeque ad destructionem fidei, morumque corruptionem diriguntur; contra vero maxime commendent catholiconrum scriptorum lectionem, facilemque reddere current librorum acquisitionem, quae nihil adversus fidem et

¹ Ibid.

bonos mores, religionem eiusque ministros, ecclesiasticam disciplinam aut *divinum cultum*, contineant.

26. Optamus ut tam clerici, quam laici, summa ope nitantur ad erigendas in praecipuis paroeciis, bibliotecas, libros, opuscula et ephemerides mutuantes, unde sacra et religiosa doctrina hauriri possit. Id, ut facilius assequatur, in singulis dioecesibus pecuniae fundus ad huiusmodi scripta edenda et propaganda institui oporteret. Ad omnem tamen imprudentiam devitandam, nihil hac in re fiat inconsulto Ordinario.

27. Universis piis sodalitiis summopere commendamus, ut de praevio *Ordinarii* consilio, ope eleemosynarum, ad hoc opus nominatim collectarum, current bonos emere libros, qui iuxta normas christianaे prudentiae fidelibus speciatim sodalibus donentur, vel comodentur.

28. Catholici scriptores, sub *vigilantia* et *obedientia* Episcoporum, pravorum scriptorum fallacias, et venata iacula reiiciant, *prae oculis habitis* *praeceptis* et monitis SS. D. N. Leonis Papae XIII in suis Encyclicis aliisque documentis.

29. Ideoque conscientia pura et intentione recta, suppliciter sapientiam postulent a Deo, ut rite proprio munere fungantur.

30. Catholici scriptores, ne temerarii sint, veritates dogmaticas ac morales apprime callere et perspicere debent, ne ex ignorantia vel imperitia, impiorum suggestionibus veritatem exponant.


31. Animi moderatio et erga errantium clementia in cunctis disceptationibus appareat, ita ut notum sit omnibus non vana cupidine sed caecos illustrandi desiderio, catholicos scriptores ad errores refutandos moveri.

Servetur proinde praclarum effatum: *In necessariis unitas; in dubiis libertas; in omnibus charitas.*

32. In rebus *philosophicis* pertractandis semper meminerint, catholicam fidem rectae rationi contrariam esse numquam posse, nec rectam rationem fidei; ambae enim cum donum Dei sint, invicem consentiunt. Ad quod *prae oculis* habere non omittant dogmaticam constitutionem Concilii Vaticani quae incipit *Dei Filius*.

33. In rebus *historicis* permagnam cautelam adhibeant, siquidem adversarii, sive impii fuerint, sive rationalistae aut haeretici, vel negant, vel fabellis deformant, vel mendaciis deturpant veritates in quibus connexio aliqua cum fidei documentis vel Ecclesiae dignitate et iuribus invenitur.

34. In rebus politicis toto zelo abhorreant ab excitandis seditionibus; maximis conentur viribus, ut reverentiam, obedientiam et subiectionem erga eos qui auctoritatem exercent, concilient; et si quando leges confiantur seu promulgantur contra Dei et Ecclesiae pracepta, vel contra commune bonum, memores moniti D. Augustini, diligent homines et errores tantum interficiant; servatisque verborum christiana moderatione atque debita auctoritati reverentia, non vereantur quaecumque iniusta, periculosa aut bono Ecclesiae vel societatis adversa confutare. Quibus aliisque in rebus Episcoporum praescripta accurate serventur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS II.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

CAPUT I.

De Metropolita.

35. Episcopi, in ordinis potestate pares, in hierarchia iurisdictionis diversos gradus habent, quorum proximus super illos est Metropolitarum dignitas. « Per singulas Provincias Episcopos singulos scire oportet, Episcopum Metropolitanum, qui praeest, curam et sollicititudinem suscepisse » ¹.

36. Praecipua autem munera ac iura Metropolitarum, plenum vigorem habentia, sunt: Suffraganeos a propriis Ecclesiis illegitime absentes S. Sedi denunciare.

37. Suffraganeos ad erectionm et conservationem Seminariorum rite cogere.

38. Deputare Vicarium Capitularem in suffraganea ecclesia, sede vacante, si intra tempus praescriptum Capitulum Cathedrale eum non elegerit.

39. Dioeceses comprovincialium visitare, causa tamen cognita et probata in Concilio provinciali.

40. Tempore praescripto Synodum provinciale convocare, eique praeesse.

¹ Cap. 2, caus. 9, q. 3.

41. Exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum, cum causa per appellationem ad ipsum legitime defertur.

42. Metropolita potest per totam provinciam benedicere, crucem archiepiscopalem p[re]se ferre, pallio et pontificalibus uti.

43. Tandem invigilare debet, ut decreta Concilii provincialis fideliter observentur.

CAPUT II.

De Episcopis.

44. Certum omnino est, incolumentatem fidei morumque integritatem in singulis dioecesibus, specialissima ratione a norma regiminis illorum quos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, incrementa vel detimenta habere. Unde cum Patribus Concilii Tridentini et Mexicani Tertiū sequentia pastoralis officii munera rite et sancte exercenda Episcopis fraterna caritate commendamus.

45. Unius horae spatium singulis diebus orationi mentali Episcopus impendat, et singulis noctibus, aliquo tempore, conscientiam diligenter perscrutetur examine.

46. Sacrarum Scripturarum lectioni, praecipue librorum Novi Testamenti, SS. Patrum et probatorum auctorum, congruo tempore vacet, sanam doctrinam et sanctificationem hauriens.

47. Confessarium sibi deligat, aetate gravem; vita probatum et doctrina insignem: exercitiorumque spiritualium S. Ignatii a Loyola praxim annuatim non omittere satagat.

48. Assidue et instanter Evangelium praedicare tenetur Episcopus; quod siquidem est praecipuum eius

munus, sicut luculenter insinuatur per illa verba, in sua consecratione prolata: *Accipe Evangelium, vade, praedica populo tibi commisso*, et aperte a Tridentini Patribus declaratum fuit¹, quia *praedicatio Evangelii... est praecipuum Episcoporum munus, statuit et decrevit eadem sancta Synodus omnes Episcopos.... teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerit, ad praedicandum sanctum Iesu Christi Evangelium*. Totis etiam viribus curet ut parochi et inferiores sacerdotes idem munus opportune et importune, in omni patientia et doctrina adimpleant, quo praesertim rudes pueri et ignari saluberrimo verbo Dei pascantur.

49. Singulari studio ad Seminarii regimen attendant; iuxta S. Sedis instructiones illud informet, et cuncta quae a Tridentina Synodo praescripta fuere, cunctaque quae in hoc Provinciali Concilio sint determinata diligenter observare faciat.

50. Ne libri ac libelli periodici puritati atque integritati doctrinae infensi per dioecesim diffundantur, vigilanter attendat, simulque sanae doctrinae librorum et foliorum diffusionem promoveat.

51. Collationes de rebus moralibus et liturgicis convenienter instituat, et resolutiones quae in eis latae fuerint, non antea quam ab ipso Episcopo vel a viris ad hoc deputatis sint recognitae, divulgentur.

52. Residentiae legem stricte servet, et nonnisi ob causas legitimas, servatisque de iure servandis, ultra tres menses a dioecesi discedat.

53. Pastoralem dioecesis visitationem, si non totius, saltem notabilis eius partis, intra praefinitum tempus per se ipsum perficiat; et aliam partem saltem per sacerdotem specialiter deputatum invisere non omissat.

¹ Sess. 5, de ref. cap. 2.

Conc. Mechoacan.

54. Provideat dioecesis parochias, sive ad tempus et oeconomice, sive in perpetuum per canonicum concursum, iuxta instructiones et indulta S. Sedis, prout loci qualitas exegerit, et bono earum regimini expedire videbitur, dummodo certa et congrua parochorum sustentatio non desit.

55. Causas graviores quae maiori indigent studio et auctoritate sibi reservet.

56. Specialem habeat charitatem et sollicitudinem ut pauperes et egeni opportunam spiritualium auxiliariorum et temporalium ministracionem accipient, totisque viribus incubat erectioni et conservationi hospitalium, orphanotrophiorum, aliarumque beneficentiae domorum, nec non charitatis congregationum.

57. Singulis decenniis SS. Apostolorum Limina visitet; si vero fuerit legitimate impeditus, idoneum procuratorem constituat, qui status suae ecclesiae rationem Supremo Pastori reddat, servatis servandis.

CAPUT III.

De Vicario Capitulari.

58. Sapienter decreverunt PP. Tridentini, ut Capitulum, sede vacante, Vicarium idoneum infra octo dies post Episcopi mortem constituere omnino teneatur. Deputatio Vicarii, Archiepiscopo vel Episcopo antiquiori competit, si Capitulum Ecclesiae suffraganeae vel metropolitanae negligens fuerit. Si omnes Vicarium eligere neglexerint, eum constituit Apostolica Sede.

59. Vicarius a maiori parte electorum praesentium eligi debet.

60. Ordinariam Episcopi iurisdictionem habet Vicarius Capitularis; ita ut Capitulum illam nullo modo

limitare possit, sive quoad tempus, sive quoad materiam, et administrationi Vicarii sese immiscere nequeat.

61. Vicarius Capitularis, post annum elapsum a die quo Episcopus pastoralem explevit visitationem, dioecesim, civitatem et Capitulum visitare potest.

62. Emolumenta episcopalia temporis vacationis, neque ad Capitulum neque ad Vicarium pertinent, sed futuro reservantur Episcopo, deducto convenienti stipendio Vicario persolvendo.

63. Vicarius Capitularis intra annum vacationis litteras dimissorias expedire nequit. Et generaliter ei interdicuntur omnia per quae status ecclesiae mutaretur, aut iuribus episcopalibus praeiudicium inferretur.

64. Rationem reddere tenetur administrationis munieris sui Episcopo ad sedem vacantem promoto.

65. Officium Vicarii Capitularis cessat cum novus Episcopus litteras apostolicas de episcopatu sibi collato Capitulo exhibuerit et sedis suae possessionem ceperit. Eius remotio Sedi Apostolicae reservatur.

CAPUT IV.

De Concilio Provinciali.

66. Provincialia Concilia, perutilia imo necessaria sunt, testibus PP. Tridentinis, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque a sacris canonibus permisis.

67. Metropolita per se ipsum, seu illo legitime impedito, coepiscopus antiquior in provincia nostra, quolibet duodenio, prout Provinciis Americae Latinae concessum fuit, non praetermittat Synodum indicere. Reservato eidem Metropolitae iure illud frequentius prout necessitas postulaverit celebrandi.

68. Synodo provinciali Episcopi omnes suffraganei et alii qui de iure vel consuetudine vocandi sunt, omnino convenire debent, iis tantum exceptis, qui impedimento rationabili detineantur.

69. Suffraganei qui legitime impediti fuerint, procuratores mittere debent, qui votum decisivum, aut consultivum latiri sunt, prout concilium ipsum decernat.

70. Omnes qui concilio intersint, suam detegant opinionem cum libertate filiorum Dei, nam ad hunc finem sunt vocati (memores tamen quod soli Episcopi de iure votum decisivum habent), sed magna charitate et modestia eam exponant.

71. Episcopi et omnes qui iure vel consuetudine Concilio interesse debent, omnia et singula quae a sancta Tridentina Synodo definita et statuta fuerunt, palam recipient nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici spondeant et profiteantur. Simulque haereses omnes a sacris canonibus et oecumenicis conciliis, praesertim Tridentino et Vaticano damnatas, publice detestentur et anathematizent.

72. Statuta ac decreta concilii provincialis non antea promulganda erunt, quam a S. Sede sint recognita. Post recognitionem vero a Metropolita promulgabuntur, et tunc per totam provinciam vim legis habebunt.

73. Si quid dubii, de alicuius decreti sensu oborum fuerit, consulatur Metropolita, et iste, definitiōnem edat ad proximam usque synodum valitaram, salva semper Apostolicae Sedis auctoritate.

CAPUT V.

De Synodo Dioecesana.

74. Si semper perutile fuit clerum interdum convenire ad constringenda mutuae charitatis vincula, agendumque sub moderatione proprii Episcopi de disciplina ac de tuendis promovendisque Ecclesiae negotiis, id multo opportunius est hodie atque adeo necessarium, dum omnes adhibent artes ad disgringandos animos, ad clerum abducendum a proprio pastore, populumque a clero, ad subvertendas leges ipsamque constitutionem Ecclesiae, et ad unitatem plane dissolvendam.

75. Dioecesana synodus de iure quotannis celebranda est.

76. In quacumque dioecesis civitate Antistes synodum celebrare potest. Valde tamen oportet ut in civitate habeatur episcopali.

77. Vicarius Generalis convocare synodum non potest absque expressa Episcopi facultate. Vicarius vero Capitularis post annum elapsum ab ultimae synodi celebrazione, potest aliam indicere.

78. Ad synodum cogendi sunt omnes qui iure vel consuetudine vocari debent.

79. Antistes suam ferendi leges potestatem in synodo modo solemni exercet.

80. In synodi convocatione et celebratione observentur omnia praescripta in sacris canonibus et a Concilio provinciali, ac omnia quae in Pontificali Romano et in Caeremoniali Episcoporum sunt determinata.

CAPUT VI.

De Capitulis.

81. Capitulum Episcopis datum est, ut adiutor in difficultioribus rebus et in aerumnis solatum; ac proinde canonici suo adhaerere Praesuli debent, veluti membra capiti. Itaque, ipsum ut patrem venerentur ac diligent, eique prompto animo et obsequio obedient.

82. Quapropter, ut canonici potestatis episcopalis veri auxiliatores habeantur, et ad conservandam augendamque disciplinam idonei iudicentur, maxime oportet ut sicut in diocesana hierarchia inferiores clericos officio et honore superant, ita etiam ceteris omnibus antecellant scientia et virtutum omnium laude, sacrarum legum observantia, fidei integritate, morumque honestate; debent igitur tum clericis, tum laicis, virtutum exemplar et norma fieri.

83. Collator omnium beneficiorum, quatenus non sint a S. Sede reservata, vel indubitate iure patronatus effecta, est Episcopus.

84. Praeter ius commune, statuta capitularia legitime introducta servare debent canonici, necnon legitimas consuetudines lapsu temporis firmatas pro chori disciplina, divinorum officiorum celebratione, conventibusque celebrandis, quae tamen non sint contrariae resolutionibus et decretis S. Sedis.

85. Statutorum exemplar quisquis canonicus antequam praebenda sua possessionem accipiat, habeat et apud se retineat. Opportunum quoque erit, ut quoties capitulariter congregentur canonici, aliqua statutorum pars perlegatur, quo facilius ea, et memoria teneant et opere religiose perficiant.

86. Omnes choro addicti statutis horis eidem interesse debent. Canonici autem choro quidem intercessentes, assistentesque, minime vere canentes psallentesque, nullo pacto fructus suos facere possunt; et si forte eos percipient, restitutioni tenentur.

87. Omnes canonici ac praebendati canere discant, ad minus ea quae unicuique intonare ex officio incumbat, sive in Missali sive in Breviario. Et qui culpabiliter, post annum a possessione suae praebendae, huiusmodi cantum ignoraverit, proportionatis pecuniariis poenis subiiciatur.

88. In canendo et psallendo unisoni et concordes esse debent; et in medio versiculi distincta fiat intermissione. Nec chori pars versiculum canere incipiat, cum pars altera versiculum suum nondum absolverit.

89. Omnes eodem tempore assideant, assurgant, caput detegant, aut cooperant, stent, aut genuflectent, prout officii aut temporis ratio requirat. Omnia decora sint et gravia, Deo cui servient digna. Colloquutiones, risus, aut alia huiusmodi omnino devitentur. Neque epistolae aut alias scripturas dum officia celebrantur, legant. Demum, nullus a proprio loco, nisi iusta de causa discedat.

90. Chori praefectus, qui dignior de Capitulo esse debet, rerum omnium quae ad divinum cultum spectant sollicitus sit, ut ministri suo munere sedulo perfungantur, et divina officia solemni ritu pro temporum ratione ac pie semper ab omnibus celebrentur; negligentes arguat, et ubi opus fuerit ad Episcopum deferat. Magistro caeremoniarum, in iis quae sui munera sunt, omnes parant, neque audeat quis ab illius ordinationibus, quavis auctoritate vel pretextu declinare. Praecantor psallendi rationem proponat ac moderetur, idque faciat

diligenter et graviter, ut fideles tum libentissime audiant, tum mente ad coelestia afferantur. Sacrarii cathedralis ecclesiae custodes seu sacristae, quorum saltem primus sacerdos esse debet, attentissime pervigilent, ut omnia munda sint et nitida, atque laicos in sacristia non admittant, nisi ex rationabili causa.

91. Praefecto Capituli ius Capitulum congregandi competit, salvo Episcopi potiore iure. Conventus vero habeantur tempore praescripto. Et si forte nulla tractanda occurrit, semper tamen congregentur canonici diebus designatis ad quamdam partem statutorum legendarum.

92. Distributiones quotidianeae solum personaliter praesentes canonici lucentur canentes et psallentes, exceptis graviter aegrotantibus et iis qui tamquam praesentes legitime habentur.

93. Nemo canonicorum ultra tres menses a choro abesse licet, nec tempore Quadragesimae et Adventus. Ita etiam per vices disponantur vacationes, ut canonici numquam ultra tertiam partem abeant, ne cultus divinus imminuatur.

94. Quantitas decimarum Capitulis assignata, singulis annis collecta, capitularibus existentibus distribuatur, iuxta normas a S. Sede praescriptas et legitimam proxim.

CAPUT VII.

De Curia Episcopali.

95. Episcopalem curiam communiter constituunt: Vicarius Generalis, Minister a secretis, Notarius, Promotor et matrimoniorum Defensor.

96. Ad Episcopum pertinet eos constituere, eorum

munus iuxta canonica praescripta determinare, et iuramentum accipere de inviolabili secreto servando in rebus sub sigillo commissis. Officiales huiusmodi clerici sint, pietate, idoneitate et probitate conspicui.

97. Minister a secretis et Notarius elenchum sacerdotum dioecesis et omnium locorum adscriptionis apud se habeant. Codicem constitutionum et statutorum episcopalium unum, alterum autem facultatum a S. Sede Antistiti delegatarum accurate servent. Omnia documenta ac decreta sua subscriptione muniunt, et in archiviis caute custodiant.

CAPUT VIII.

De Vicario Generali.

98. Vicarii Generalis facultates a voluntate et prudenti arbitrio Episcopi pendent, salva generalitate mandati.

99. Iurisdictio, iure ordinario Episcopo propria, communiter ad Vicarium transit; nam iste in his quae jurisdictionis sunt, Ordinarius censemur, atque unum idemque tribunal cum Episcopo constituit.

100. Vicarius Generalis ea facere nequit, quae Episcopus sibi reservaverit.

101. Nihil praestare potest eorum quae ad ordinis potestatem spectant, uti ecclesias et altaria reconciliare, consecrare, eisve pollutis sanctitatem restituere, neque litteras dimissorias ad ordines accipiendos tribueret.

102. Neque potest ea peragere quae ad Episcopum solummodo pertinent, tamquam Apostolicae Sedis delegatum.

103. Beneficia conferre nequit, fundare, supprimere, aut unire, factas uniones revocare, resignationes admit-

tere; et generatim in materia beneficiali nihil eorum quae sunt liberalitatis et gratiae agere potest.

104. Causas matrimoniales et criminales, irregularitates et suspensiones ex occulto crimen provenientes, relaxare et a casibus ab Episcopo reservatis, absolvere, sine speciali licentia aut facultate nequit.

105. In difficultioribus gravioribusque negotiis, nihil agat inconsulto Episcopo.

CAPUT IX.

De Promotore Fisci.

106. Promotoris Fisci munus est, Ecclesiae iura tueri et promovere; in quo si negligenter se gerit, atque ex eius culpa per dioecesim et in clero libere grassetur vita et scandala, ipsi coram Supremo Iudice Christo, imputabitur collapsa disciplina, legum concutatio et animarum perditio.

107. Officium antea non exerceat, quam in manibus Episcopi, vel eius secretarii iuret velle sese in omnibus fidelem praebere, Dei honori et animarum saluti prospicerere, immunitatem ecclesiarum et bona et ministros defendere, causas ecclesiasticas prosequi, Ecclesiae et Episcopi iura propugnare per documenta, testes et probationes congruentes.

108. Ad hoc officium eligatur sacerdos probatae vitae, iuris peritus, zelator domus Dei, christiana prudencia, mansuetudine et fortitudine praeditus.

109. Promotoris est in causis quibus officium interponit, formalitatum omnium in iure praescriptarum strictam observantiam vigilissime curare.

110. In causis ex instantia partis sequutis officium non exerceat, nisi de mandato iudicis, exceptis Indorum causis.

CAPUT X.

De Vicariis Foraneis.

111. Episcopus aptioribus in locis suae dioecesis Vicarios Foraneos instituere potest, qui iuxta delegatam potestatem, minora ac frequentiora negotia expediant ad accuratam disciplinae observantiam.

112. Vicarii Foranei, ad nutum Episcopi et intra iuris canonici limites, facultates habent. Sedulo igitur tenori illarum attendant, ne aliquid contra vel praeter mandatum Praesulis agant.

113. Vigilare ex officio tenentur vitae et moribus tum laicorum tum clericorum in suo degentium districtu, necnon observantiam sacrorum canonum, decretorum provincialis et dioecesanae synodi, et episcopalium mandatorum promovere. Et in rebus gravioribus ad Episcopum vel Vicarium Generalem recurrent.

114. Omni qua possint modestia et charitate, prudentique zelo abusus et excessus eliminare current, fideliterque de omnibus Episcopo referant.

115. Munus accipientes professionem fidei emittere debent, simul ac iuramentum praestare de illo recte ac fideliter implendo.

CAPUT XI.

De Parochis.

116. Parochi, licet ad tempus fuerint nominati, antequam paroeciae possessionem capiant, professionem fidei in manibus Episcopi, vel, eo impedito, in manibus eius Vicarii facere tenentur.

117. Praecepto divino praescriptum est omnibus qui curam animarum gerunt, suas oves cognoscere, pro

tere; et generatim in materia beneficiali nihil eorum quae sunt liberalitatis et gratiae agere potest.

104. Causas matrimoniales et criminales, irregularitates et suspensiones ex occulto crimen provenientes, relaxare et a casibus ab Episcopo reservatis, absolvere, sine speciali licentia aut facultate nequit.

105. In difficultioribus gravioribusque negotiis, nihil agat inconsulto Episcopo.

CAPUT IX.

De Promotore Fisci.

106. Promotoris Fisci munus est, Ecclesiae iura tueri et promovere; in quo si negligenter se gerit, atque ex eius culpa per dioecesim et in clero libere grassetur vita et scandala, ipsi coram Supremo Iudice Christo, imputabitur collapsa disciplina, legum concutatio et animarum perditio.

107. Officium antea non exerceat, quam in manibus Episcopi, vel eius secretarii iuret velle sese in omnibus fidelem praebere, Dei honori et animarum saluti prospicerere, immunitatem ecclesiarum et bona et ministros defendere, causas ecclesiasticas prosequi, Ecclesiae et Episcopi iura propugnare per documenta, testes et probationes congruentes.

108. Ad hoc officium eligatur sacerdos probatae vitae, iuris peritus, zelator domus Dei, christiana prudencia, mansuetudine et fortitudine praeditus.

109. Promotoris est in causis quibus officium interponit, formalitatum omnium in iure praescriptarum strictam observantiam vigilissime curare.

110. In causis ex instantia partis sequutis officium non exerceat, nisi de mandato iudicis, exceptis Indorum causis.

CAPUT X.

De Vicariis Foraneis.

111. Episcopus aptioribus in locis suae dioecesis Vicarios Foraneos instituere potest, qui iuxta delegatam potestatem, minora ac frequentiora negotia expediant ad accuratam disciplinae observantiam.

112. Vicarii Foranei, ad nutum Episcopi et intra iuris canonici limites, facultates habent. Sedulo igitur tenori illarum attendant, ne aliquid contra vel praeter mandatum Praesulis agant.

113. Vigilare ex officio tenentur vitae et moribus tum laicorum tum clericorum in suo degentium districtu, necnon observantiam sacrorum canonum, decretorum provincialis et dioecesanae synodi, et episcopalium mandatorum promovere. Et in rebus gravioribus ad Episcopum vel Vicarium Generalem recurrent.

114. Omni qua possint modestia et charitate, prudentique zelo abusus et excessus eliminare current, fideliterque de omnibus Episcopo referant.

115. Munus accipientes professionem fidei emittere debent, simul ac iuramentum praestare de illo recte ac fideliter implendo.

CAPUT XI.

De Parochis.

116. Parochi, licet ad tempus fuerint nominati, antequam paroeciae possessionem capiant, professionem fidei in manibus Episcopi, vel, eo impedito, in manibus eius Vicarii facere tenentur.

117. Praecepto divino praescriptum est omnibus qui curam animarum gerunt, suas oves cognoscere, pro

iiis sacrificium offerre, verbi divini praedicatione, sacramentorum administratione ac bonorum omnium operum exemplo pascere; miserabilium etiam personarum curam habere, et cetera munia pastoralia absolvere.

118. Personaliter in parochia residere quam maxime tenentur; residentia vero non materiali et otiosa, sed formali et laboriosa.

119. Per se ipsos, nisi causa canonica impedianter, tenentur Missam *pro populo* sibi commisso celebrare, etiam in festis suppressis.

120. Cum iustis de causis a sua parochia abierint, ubi actu commoren ter, *pro populo* celebrare poterunt, alio sacerdoti commendando missae celebrationem et Evangelii praedicationem in sua ecclesia.

121. Verbum salutis ad populum habere iure divino tenentur; et hoc praecipue faciant diebus dominicis et festis solemnibus; tempore autem ieiuniorum, Quadragesimae et Adventus Domini, quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerit Episcopus, divinam legem annuntient.

122. Praesertim diebus dominicis et festis, pueros fidei rudimenta docere diligenter curabunt.

123. Omnibus dominicis diebus, inter missarum solemnia, festa occurrentia et ieiunia de praecepto, suis fidelibus annuntiare non omittant.

124. Ad praedicandum verbum divinum non admittant sacerdotes nisi approbatos ab Episcopo vel ab eius Vicario.

125. Parochi hasce aliasque proprii muneri obligations fideliter servent. Fideles autem quos in mandatis Domini delinquentes, atque a veritatis via et iustitiae aberrantes invenerint, eos in spiritu lenitatis et mansuetudinis, paternis monitis et consiliis corri-

pere current, eosque arguere, obsecrare, increpare, sed in omni bonitate, patientia et doctrina, cum saepe plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas, plus exhortatio quam comminatio, plus charitas quam potestas.

CAPUT XII.

De Vicariis seu Coadiutoribus parochialibus.

126. In nostra Provincia, Sacerdos, parochi adiutor in oppido parochiali, vicarius dicitur; si vero in alio oppidulo residens, parochi functiones adimpleat, dicitur etiam vicarius vice-parochus (*vulgo, teniente de cura*). Uterque sub parochi potestate sunt

127. Potestatem spiritualem habet vicarius, sed cum limitationibus de iure, vel quae in eius nominatione exprimantur, ac proinde subdelegare nequit. In assistentia autem matrimoniorum legitima delegatione omnino indiget.

128. Sine expressa parochi licentia, vicarius promovere non potest missarum solemnitatem, pia exercitia, congregationum vel confraternitatum erectionem earumque directionem, nec eleemosynarum collectiōnem aut distributionem.

129. Vicarii obedientiam et venerationem parochio praestare debent, ut debitus ordo servetur, et omnis discordia devitetur.

130. Vicarius in oppidulo residens, seu vice-parochus, tenetur insuper gregem ibidem pascere tamquam pastor verbi divini praedicatione et sacramentorum administratione, secundum parochi instructiones, ac demum emolumentorum et expensarum rationes parochi reddere.

CAPUT XIII.

De Sacristis Maioribus.

131. Cultus splendorem, divinorum solemnitatem officiorum, templorum ornatum, ac indumentorum decorum promovere, vasorumque nitorem et conservationem Sacristae Maioris est: qui sacerdos vel saltem clericus in maioribus ordinibus constitutus esse debet.

132. Sacristae Maioris obligationes sunt: Hostias per se ipsum diligentissime confidere aut saltem in his conficiendis adesse; omnia quae ad sacrosanctum Missae sacrificium spectant, rite et accurate disponere; edicta, ecclesiasticas censuras, denuntiationes, publicationesque matrimoniales et ordinandorum legere; superioribus denunciare eos qui negligunt missas, anniversaria, festa, aliasque pias fundationes solvere. Haec, servata proportione, et habita ratione conditionis clericalis vel laicalis in unoquoque officiali, minoribus etiam sacristis applicari debent.

CAPUT XIV.

De Capellaniis et ceteris clericis.

133. Sacerdotes qui ad sacrum ministerium depuntur in collegiis, hospitalibus, carceribus, templis, et ruralibus sacellis, capellani dicuntur, quorum facultates pro locis et institutionum natura ab Episcopis determinantur et sub parochorum vigilantia exerceri solent.

134. Qui in hospitalibus, orphanotrophiis et carceribus sacra ministrant, omni charitate et diligentia invigilant et pro viribus adlaborent, ut qui temporali afflictione praemuntur, animae salutem in tuto positam habeant. Aegrotos, detentos et orphanos saepe invisent

et christianis adhortationibus solentur; rerum fidei ignaros de necessariis ad salutem patienter instruant, puerisque paterna cura religionis rudimenta tradere non omittant.

135. Matrimoniis assistere non possunt, nisi a parocho pro unoquoque casu delegationem accipient. Quoad cetera sacramenta et sepulturas, stent tenori facultatum ab Episcopo acceptarum.

136. Ad divini cultus splendorem augendum fideliumque devotionem excitandam, optamus ut omnes clerci, etiam in minoribus ordinibus constituti, nisi legitimate impediti fuerint, Missae conventuali cathedralis vel parochialis ecclesiae, dominicis et diebus festivis, intersint, superpelliceo induti.

137. Denique, omnibus capellaniis quam maxime commendamus confessionali assistantiam, praesertim diebus festis, dummodo rite adprobati sint, nec non reverentiam proprio parocho, aliasque ecclesiasticas virtutes quibus Deo placere possint et proximo aedificationi esse.

CAPUT XV.

De Regularibus utriusque sexus.

138. Ex solo facto violentae expulsionis ac dispersionis religiosorum, iura ac privilegia regularium non amittuntur, quemadmodum neque eorum obligationes relaxantur; quia quae contra ius fiunt, debent utique pro infectis haberi¹. Et Pius VI de religiosis dispersis aiebat: *Quisquis debet versari in saeculo, memor vocationis suae eiusque tenax disciplinae et vitae regularis, cui se*

¹ Reg. 64, in Sexto.

*pridem adscriperit. Vota solemnia, quae semper firma semperque immota permanebunt, custodiat et servet*¹.

139. Igitur religiosi quomodo cumque dispersi eorumque moderatores praे oculis habeant declarationes, instructiones et praescriptiones S. Poenitentiariae 22 Junii 1866 et 18 Aprilis 1867 et decretum S. Congregationis super disciplina Regulari diei 5 Augusti 1872.

140. Quoad parochos et parochias Regulares, standum est canonis praescriptionibus, praesertim Constitutioni *Firmandis* Benedicti XIV an. 1744.

141. In admissione Regularium ad Ordines et in dimissione vel expulsione eorumdem a proprio Instituto, diligentissime serventur canonica praescripta, praesertim decretum *Auctis admodum* editum die 4 Nov. 1892.

142. Circa confessarios monialium et sororum praे oculis habeantur et fideliter serventur Constitutio *Pastoralis curae* Benedicti XIV diei 5 Augusti 1748, decretum *Quemadmodum* S. Congregationis Episcoporum et Regularium, editum die 17 Decembris 1890, aliaeque S. Sedis praescriptiones.

143. Quoad alia quae respiciunt Regulares, Moniales et Instituta votorum simplicium, Ordinarii et Moderatores regulares praे oculis habeant ceteras leges et instructiones S. Sedis, quae facile legi possunt in *Collectanea S. C. Ep. et Reg.* et in *Collectanea S. C. de Prop. Fide.*

¹ Breve *Ex litteris*, pridie Idus Aprilis 1782.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS III.

DE CULTU DIVINO.

CAPUT I.

De sacrosancto Missae sacrificio.

144. Maxima cura adhibenda est, ut sacrosanctum Missae sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur. Et praesertim qui Christo ministrat oportet primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut Corpus et Sanguinem Christi digne ministret. Probet igitur seipsum Sacerdos, ne iudicium sibi manducet et bibat, non diuidans Corpus Domini.

145. Sacerdos hoc tremendum celebraturus mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari offertur, rite praeparet animam suam devota meditatione et oratione, consuetasque preces recitare non omittat. Sacrisque peractis, gratias Deo devotissime agat, et recitet pariter consuetas orationes.

146. Sacerdos peracta praeparatione et sacris vestibus indutus, nemini colloquatur, nec loquentibus aures praebeat, et ad altare accedens, graviter et modeste procedat.

147. Sacerdotes Missam iuxta ritum, modum ac normam, quae per Missale Romanum traduntur decan-

Concil. Mechoacan.

*pridem adscriperit. Vota solemnia, quae semper firma semperque immota permanebunt, custodiat et servet*¹.

139. Igitur religiosi quomodo cumque dispersi eorumque moderatores praे oculis habeant declarationes, instructiones et praescriptiones S. Poenitentiariae 22 Junii 1866 et 18 Aprilis 1867 et decretum S. Congregationis super disciplina Regulari diei 5 Augusti 1872.

140. Quoad parochos et parochias Regulares, standum est canonis praescriptionibus, praesertim Constitutioni *Firmandis* Benedicti XIV an. 1744.

141. In admissione Regularium ad Ordines et in dimissione vel expulsione eorumdem a proprio Instituto, diligentissime serventur canonica praescripta, praesertim decretum *Auctis admodum* editum die 4 Nov. 1892.

142. Circa confessarios monialium et sororum praे oculis habeantur et fideliter serventur Constitutio *Pastoralis curae* Benedicti XIV diei 5 Augusti 1748, decretum *Quemadmodum* S. Congregationis Episcoporum et Regularium, editum die 17 Decembris 1890, aliaeque S. Sedis praescriptiones.

143. Quoad alia quae respiciunt Regulares, Moniales et Instituta votorum simplicium, Ordinarii et Moderatores regulares praे oculis habeant ceteras leges et instructiones S. Sedis, quae facile legi possunt in *Collectanea S. C. Ep. et Reg.* et in *Collectanea S. C. de Prop. Fide.*

¹ Breve *Ex litteris*, pridie Idus Aprilis 1782.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS III.

DE CULTU DIVINO.

CAPUT I.

De sacrosancto Missae sacrificio.

144. Maxima cura adhibenda est, ut sacrosanctum Missae sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur. Et praesertim qui Christo ministrat oportet primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut Corpus et Sanguinem Christi digne ministret. Probet igitur seipsum Sacerdos, ne iudicium sibi manducet et bibat, non diuidans Corpus Domini.

145. Sacerdos hoc tremendum celebraturus mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari offertur, rite praeparet animam suam devota meditatione et oratione, consuetasque preces recitare non omittat. Sacrisque peractis, gratias Deo devotissime agat, et recitet pariter consuetas orationes.

146. Sacerdos peracta praeparatione et sacris vestibus indutus, nemini colloquatur, nec loquentibus aures praebeat, et ad altare accedens, graviter et modeste procedat.

147. Sacerdotes Missam iuxta ritum, modum ac normam, quae per Missale Romanum traduntur decan-

Concil. Mechoacan.

tent ac legant. In Missis igitur solemni ritu celebrandis, omnia quae a sacerdote vel a choro canenda sunt, integre et graviter cani debent, prout iacent in Missali Romano, quin pars aliqua, brevitatis causa, inabsoluta relinquatur.

148. Nihil vernacula lingua intra missarum solemnia cani licet, et in contrarium praxis, si alicubi viget, utpote corruptela omnino eliminari debet ab Episcopis.

149. Cum nimia festinatio in missarum celebrazione religiosas aures, oculosque offendat, et nimia etiam prolixitas potius fastidium quam devotionem generet, omnes admonemus sacerdotes, ut utrumque vitantes extremum, nec minus quam tertiam horae partem, nec plus quam dimidiam Missae privatae impendant.

150. Parochis et ecclesiarum rectoribus stricte praeципimus, eorum onerantes conscientias, ut si quos, indubia cognitione, noverint sacerdotes, sine debita praeparatione et gratiarum actione, festinaanter aut indecore missas habitualiter celebrare, omni posthabito humano respectu, Episcopo denuntient.

151. Cum ex accurata et practica sacrae liturgiae notitia magnopere pendeat religionis decus, hortamur omnes et singulos curam animarum gerentes, ut inter missarum celebrationem et pro temporis opportunitate, sive per se, sive per alios, ea quae in Missa peraguntur diligenter fidelibus exponant.

CAPUT II.

De cultu Sanctissimae Eucharistiae.

152. Desiderio desideramus sacratissimae Eucharistiae cultum ubique promovere, non tantum ut excitentur fidelium animi ad reverentiam quae Dei Filio debetur praestandam; sed ut merito honore reparentur tot iniuriae ipsi augustissimo Sacramento illatae ab impiis hominibus, qui satanico ducti spiritu, templa Dei polluere, tabernacula ipsamque sacratissimam hostiam sacrilego ausu profanare non timent. Sacerdotes itaque, qui tanti pignoris a Domino constituti sunt custodes, enixe monemus, ut nihil omnino omittant, quo munus honorificissimum ipsis demandatum, pie et rite exequi valeant.

153. SS. Eucharistia asservanda est: a) In ecclesiis parochialibus et quasi parochialibus; b) In ecclesiis cathedralibus; c) In ecclesiis regularium utriusque sexus quorum vota sunt solemnia, et monasteria Apostolica auctoritate erecta. Quoad alias ecclesias et oratoria privata, apostolicum requiritur indultum.

154. Tabernaculum in quo SS. Sacramentum asservatur, in ara maiori cuiusque ecclesiae collocetur; in cathedralibus autem et illis ecclesiis in quibus difficulter aliter fieri possit, non quidem in maiori, sed iuxta Rituale Romanum in alio ornatissimo altari, et praeceteris nobili et conspicuo, quod venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, collocetur.

155. SS. Eucharistiae Sacramentum decentissime asservetur in tabernaculo pro cuiusque ecclesiae facultibus affabre elaborato, et conopeo vel saltem cortinula (vulgo, viso) in exteriori parte ornato, intus vero vel deau-

reato, vel panno serico albi coloris circumvestito, et in eo candidum sternatur corporale, quod saltem semel in mense mutandum erit. Minime vero requiritur ara lapidea consecrata, quae ad oblationem sacrosancti sacrificii tantum est necessaria, et de qua in tabernaculo habenda nulla extat liturgica lex. In ipso, nihil praeter augustissimum Sacramentum reponi licet; non sacra olea, non sanctorum reliquiae, non calices, non patena ad communionem, non parva pyxis ad viaticum deserviens cum vacua est, aut aliud quidpiam, quantumvis sanctum sacramque videatur. Nihil quoque supra tabernaculum, praeter crucem, collocari debet, non imagines, non candelabra, non vasa cum floribus, non denique sacrae reliquiae cuiuscumque sint dignitatis, ne illud sit veluti basis ad alia sustentanda. Nequit etiam ante eiusdem ostiolum vas florum, vel quid aliud retineri, neque licet in ipso imagines sculpi aut pingi, nisi SS. Salvatoris vel Sacrae Eucharistiae allegoria. Ostiolum clave diligentissime obseretur, quae neque in altari, neque in alio communi loco deserri, sed penes parochum vel capellanum custodiri debet, ne temeraria manus ad sacra illa extendi possit ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda. Clavis argentea sit vel deargentata, ac etiam duplex, ne una amissa, fabri ferrarii manus adhiberi necesse sit ad illud aperiendum.

156. Sacerdotes et praecipue ecclesiarum rectores ac parochi liturgicis praescriptionibus de SS. Eucharistiae Sacramento omnino subiiciantur, et diligentissime current ut vasa ubi sacrae species custodiuntur, mundissima sint, et tabernaculum splendide ornatum. Memores semper sint SS. Sacramenti cultum omnibus aliis praferendum esse, et valde reprobandum ut imago alicuius sancti magis ornata appareat, quam ipsum

tabernaculum SS. Sacramenti. Satagant quoque verbis et exemplo, devotionem erga SS. Sacramentum efficaciter promovere. Ante tabernaculum transeuntes semper devote genuflectant. Current denique verbis et exemplo piam proxim commendare detegendi caput quoties ante fores ecclesiae transitus fiat, domum Dei reverentes et augustissimum adorantes Sacramentum.

157. Una saltem lampas ante tabernaculum diu noctuque colluceat, quae fidelibus advenientibus Deum praesentem annuntiet, atque ad adorandum invitet, illisque recendentibus aliquam cultus et amoris professionem quodammodo exhibere perget. Oleum ex olivis esse debet: quod si haberri nequeat, remittitur Episcopi prudentiae, ut lampades nutriantur ex aliis oleis vegetalibus, ne umquam lumen deficiat; de quo sollicitudinem et vigilantiam parochorum et ecclesiarum rerum excitamus, eorum onerantes conscientiam.

CAPUT III.

De publica Sanctissimae Eucharistiae expositione.

158. Sanctissimae Eucharistiae sacramentum publice exponi non potest, nisi publica intercedat causa, quae per Episcopum probetur, qui solus facultatem imperitri potest, non modo in suis ecclesiis, sed in illis etiam quae ad regulares pertinent, et quae ab Episcopi iurisdictione penitus iudicantur immunes.

159. Publica SS. Eucharistiae expositio, quae cum debita reverentia, decenti apparatu et adorantium continua frequentia fieri non possit, omnino omittatur. Nullum enim peccatum est SS. Sacramentum non expnere, ubi non decet; peccatum autem est, illud expo-

nere cum irreverentia, quae ab impietate vix seiuncta esse potest.

160. Expositio semper fieri debet cum ea decentia et apparatu quem tanti mysterii dignitas requirit; altare iuxta rubricas exacte est instruendum; omnes genuflexiones et reverentiae ad unguem facienda, et omnia religiose observanda sunt quae per rubricas praescribuntur. Extra preces *Quadraginta Horarum*, SS. Sacramentum non est exponendum ante auroram, neque tempore nocturno reponendum, nisi de Ordinarii licentia.

161. Semper in maiori Ecclesiae altari exponatur; dignitas enim SS. Sacramenti exigit, ut in loco principali ad quem omnium oculi primum diriguntur, expositione fiat.

162. Solemni expositione perdurante, altaris imagines tegantur, et tantummodo toleratur dedecta, quae principalem altaris, utpote eidem dicati, locum occupat, si agatur de festivitate Titularis; ita tamen ut praecipuus apparatus et honor semper divinissimo tribuatur Sacramento.

163. In altari non ponantur sanctorum reliquiae, aut statuae; tabellae, etiam quas rubricae ad commoditatem exigunt in celebratione missae, in SS. Sacramenti expositione omnino sunt removendae.

164. In altari expositionis nulla alia celebretur missa, nisi solemnis de expositione et repositione, excepta necessitate vel rationabili causa celebrandi, et dummodo altaria desint. Per se autem non licet in illis missis sacram distribuere communionem.

165. Haud incongruum esset, ut in altare ubi SS. Sacramentum expositum est, Missae Pontificales non celebrentur, quod antiquitus observatum fuisse videmus.

166. Saecularibus cuiuslibet status districte prohibetur ne in presbyterium, seu circuitum altaris in quo expositum est venerabile Sacramentum, ingrediantur ut orient.

167. Tempore expositionis districte interdicitur praedicare. Volumus ergo, ut sicut in aliis dioecesibus mos est, initio sermonis, velo obtegatur SS. Sacramentum, et ut campanulae sonitu moneatur populus tam in actu ostensorium occultandi, quam cum post concionem detegatur.

168. Maxime curandum est SS. Sacramentum expositum cum debita adorantium frequentia honorari. Maxime etiam decet, ut unus vel duo sacerdotes, aut saltem clerici, superpelliceo induiti, SS. Sacramentum continuo adorent. Parochi vero, cum SS. Eucharistia in suis ecclesiis exponenda sit, sacerdotes aliosque sacris ordinibus initiatos qui paroeciae adscripti sunt, admonebunt ut eo modo ad precationem praesto sint. Quod si clerici defuerint, parochus ad fideles confugiant, qui huic satisfaciant muneri.

169. Magnis laudibus extollitur atque indulgentiarum copia cumulatur a Romanis Pontificibus exercitium *Quadraginta Horarum*, quo scilicet in memoriam horarum quadraginta quibus Salvator post mortem in sepulcro requievit, per totidem horas expositus solemniter manet in Sacramento et assiduis precibus adoratur. Magnopere cupiens haec Synodus, ut exercitium tam salutare, tamque sanctum per Provinciae fines diffundatur, Episcopis etiam atque etiam commendat ut hanc institutionem quam primum in suis dioecesibus promoveant.

170. Preces vero *Quadraginta Horarum* nullibi cum solemnitate Patroni seu Titularis ecclesiae coniungantur, sed alio quo magis convenit tempore celebrentur.

171. Totis viribus studeant fideles omnes amantissimum Cor Iesu quantum possunt redamare; eius festum solemnissime in cunctis ecclesiis praesertim parochialibus recolatur; singulis sextis seriis, quae primae unoquoque mense occurrent, peculiaria devotionis exercitia in honorem SS. Cordis, de licentia Ordinarii, peragantur; piae exercitationes mensis Divini Cordis ubique promoveantur; imagines eiusdem SS. Cordis in singulis ecclesiis publicae venerationi exponantur, imo et in singulis christianis domibus pro viribus collocentur.

CAPUT IV.

De cultu Beatae Mariae Virginis in genere.

172. Beatam Mariam Virginem, cuius immaculatam conceptionem firma fide credimus et confitemur, quaeque pacis nostrae apud Deum sequestra est et caelestium administra gratiarum, toto cordis affectu venerentur, recolant et fiducialiter invocent fideles omnes, memores, quod teste S. Bernardino Senensi: *Omnis gratia, quae huic saeculo communicatur, triplicem habet processum. Nam a Deo in Christum, a Christo in Virginem, a Virgine in nos ordinatissime dispensatur*¹.

173. Parochi et concionatores in catechesibus et in sacra praedicatione, confessarii in sacro tribunali, omnesque sacrorum ministri verbo et exemplo omni studio et industria pietatem et devotionem erga SS. Deiparam promovere current, praesertim quotidianam recitationem privatam domesticam et publicam SS. Rosarii Mariani, Scapulare B. Mariae V. de Carmelo aliaque

¹ Citat. a Leone XIII, Enc. *Iucunda*.

a S. Sede approbata, piisque celebrationem festorum eiusdem B. M. V. praecipue per frequentem accessum ad sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae.

CAPUT V.

De cultu B. V. Mariae de Guadalupe in specie.

174. Ut permagnum apparitionis B. Virginis Mariae beneficium Mexicanae Ditioni, in memoria omnium permaneat, et grati animi sensus erga amantissimam Matrem magis in dies crescent et propagentur, nihil melius in primis faciendum esse duximus quam sequentia verba transcribere quibus SS^m Dominus noster Leo PP. XIII nos alloqui dignatus est: « *Magna ideo caritate Mexicanam Nationem per vos hortamur, ut reverentiam et amorem eius [Benignissimae Dei Parentis Guadalupensi titulo], sic tueatur perinde ac decus eximium et praestantissimorum fontem bonorum. De fide catholica in primis, qua nihil quidem est excellentius, nihil tamen gravius per haec tempora conflictatur, certum omnino exploratumque sit, eam apud vos tamdiu integrum et stabilem fore, quamdiu eadem steterit pietas, constanter digna maioribus. Patronam igitur, maximam impensiori quotidie studio et colant et diligent universi: praesentissimi autem eius patrocinii munera in omnium ordinum salutem et pacem maiora quotidie redundabunt*

175. Nullus igitur mirandam illam apparitionem, quamvis fidei dogma non sit, inter vana hominum commenta, aut superstitiones versutias audeat adnumerare, sed ut antiquitus probatam omniisque fide dignissimam (quippe quae traditione numquam interrupta

¹ Epist. *Perlibenti*, ad Archiep. et Episc. Reip. Mexic., 2 Aug. 1894.

validisque monumentis fulcitur) ab omnibus nostris recipiendam ac venerandam esse volumus.

176. Ne quid contra miraculum seu apparitionem B. V. Mariae de Guadalupe, loqui, scribere, vel docere ullus praesumat. Imo vero, omnes sacrorum ministros vehementissime commonemus ipsisque simul praecipimus, ut ferventissimum amorem et gratissimam pietatem erga praecelsam Patronam et tenerrimam Mexicanorum Matrem, totis viribus inter fideles fovere conentur.

177. Episcopi opportune promovere volentes in suis dioecesibus confraternitates B. V. Mariae de Guadalupe et scapulare, curent ut huiusmodi sodalites archiconfraternitati in Basilica Tepeyacensi erectae ad indulgentias apostolicas lucrandas aggregentur.

178. Singulis annis, duodecima Decembribus solemniter celebretur, praevio sacro novemdiali, si possibile est; dies autem duodecima cuiusque mensis, piis aliquibus exercitiis consecretur.

179. In unoquoque templo, altare proprium erigatur in honorem B. V. Mariae de Guadalupe, aut saltem eius imago ibidem collocetur, decentiori quo possit modo ornata.

180. Sacras denique peregrinationes ad Basilicam Tepeyacensem, tamquam B. V. Mariae pergratum exercitium, ac veluti amoris erga tenerrimam Mexicanorum Matrem publicum testimonium, omni quo possumus conatu laudamus, peroptantes ut Episcopi pias huiusmodi peregrinationes per singulos annos promovere et in ordinem redigere satagant, quo ipsis magis opportunum videbitur.

CAPUT VI.

De cultu sanctorum et de Indulgentiis.

181. Parochi et concionatores diligenter fideles instruant docentes eos: Sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum atque utile esse suppliciter eos invocare; Sanctorum quoque reliquiis venerationem atque honorem deberi; imagines Christi, Deiparae Virginis et aliorum sanctorum in templis praesertim habendas et retinendas, eisque debitum honorem et venerationem imperitiandam, quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant, ideoque per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoramus, et Sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneramur.

182. Curent Ordinarii ut omnis supersticio in sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione et imaginum sacro usu tollatur, omnisque turpis quaestus eliminetur; vigilant ne sanctorum celebratione ac reliquiarum visitatione homines ad comessationes atque ebrietates abutantur, quasi festi dies in honorem sanctorum per luxum ac lasciviam agantur. Postremo, tanta circa haec diligentia et cura ab Episcopis adhibeat, ut nihil inordinatum aut praepostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum nihilque in honestum appareat.

183. Parochi etiam, et omnes ecclesiarum rectores, summa diligentia invigilant, ne praetextu sanctos extra templi limina colendi, quid minus rectum et religioni non consentaneum introducatur. Paternis monitionibus, tum publicis, tum privatis, a saltationibus (vulgo, *danzas*), taurorum spectaculis, comoediis, aliisque pro-

validisque monumentis fulcitur) ab omnibus nostris recipiendam ac venerandam esse volumus.

176. Ne quid contra miraculum seu apparitionem B. V. Mariae de Guadalupe, loqui, scribere, vel docere ullus praesumat. Imo vero, omnes sacrorum ministros vehementissime commonemus ipsisque simul praecipimus, ut ferventissimum amorem et gratissimam pietatem erga praecelsam Patronam et tenerrimam Mexicanorum Matrem, totis viribus inter fideles fovere conentur.

177. Episcopi opportune promovere volentes in suis dioecesibus confraternitates B. V. Mariae de Guadalupe et scapulare, curent ut huiusmodi sodalites archiconfraternitati in Basilica Tepeyacensi erectae ad indulgentias apostolicas lucrandas aggregentur.

178. Singulis annis, duodecima Decembribus solemniter celebretur, praevio sacro novemdiali, si possibile est; dies autem duodecima cuiusque mensis, piis aliquibus exercitiis consecretur.

179. In unoquoque templo, altare proprium erigatur in honorem B. V. Mariae de Guadalupe, aut saltem eius imago ibidem collocetur, decentiori quo possit modo ornata.

180. Sacras denique peregrinationes ad Basilicam Tepeyacensem, tamquam B. V. Mariae pergratum exercitium, ac veluti amoris erga tenerrimam Mexicanorum Matrem publicum testimonium, omni quo possumus conatu laudamus, peroptantes ut Episcopi pias huiusmodi peregrinationes per singulos annos promovere et in ordinem redigere satagant, quo ipsis magis opportunum videbitur.

CAPUT VI.

De cultu sanctorum et de Indulgentiis.

181. Parochi et concionatores diligenter fideles instruant docentes eos: Sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum atque utile esse suppliciter eos invocare; Sanctorum quoque reliquiis venerationem atque honorem deberi; imagines Christi, Deiparae Virginis et aliorum sanctorum in templis praesertim habendas et retinendas, eisque debitum honorem et venerationem imperitiandam, quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant, ideoque per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoramus, et Sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneramur.

182. Curent Ordinarii ut omnis supersticio in sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione et imaginum sacro usu tollatur, omnisque turpis quaestus eliminetur; vigilant ne sanctorum celebratione ac reliquiarum visitatione homines ad comessationes atque ebrietates abutantur, quasi festi dies in honorem sanctorum per luxum ac lasciviam agantur. Postremo, tanta circa haec diligentia et cura ab Episcopis adhibeat, ut nihil inordinatum aut praepostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum nihilque in honestum appareat.

183. Parochi etiam, et omnes ecclesiarum rectores, summa diligentia invigilant, ne praetextu sanctos extra templi limina colendi, quid minus rectum et religioni non consentaneum introducatur. Paternis monitionibus, tum publicis, tum privatis, a saltationibus (vulgo, *danzas*), taurorum spectaculis, comoediis, aliisque pro-

fanis oblectamentis sub specie cultus nequiter introductis, fidelem populum removere satagant; et quidquid abusivum aut superstitosum sapiat, eliminare contendant: magna tamen utantur prudentia, si de inveteratis abusibus agatur, et Episcopum ante omnia certiore faciant et de recta agendi ratione consulant, ne dissensiones et scandala in populis oriuntur.

184. Circa expositionem et venerationem reliquiarum, processiones in quibus deferri possunt, atque cultum instrumentis Dominicae Passionis et sanctis vel beatis tribuendum, adamussim serventur decreta S. R. C. et S. C. Indulg. et Reliq. aliaeque prae-scriptiones S. Sedis.

185. Sanctorum reliquiae non exponantur fidelium venerationi, nisi prius ab Episcopo recognitae fuerint et approbatae.

186. Reliquiae sigillo carentes et de quarum authenticitate dubitetur, ad Episcopum deferantur, ut omnibus perspectis, pro sua auctoritate decernat quid faciendum erit. Insuper, absque debita facultate, nemini licet thecam ullam eoque minus capsam, in quibus reliquiae conditae sunt, aperire, neque partem extrahere, aut reliquias unius ecclesiae alteri donare, vel in aliam ecclesiam transferre, multoque minus vendere, sub poenis, prout de iure imponendis.

187. Nefas est, sacras reliquias sine luminibus publicae venerationi exponere; nec licet eas semper expositas habere. Custodianter ergo in armario vel alio loco interius exteriusque pro dignitate exornato, sera clavique firmato, ac in aliquo ecclesiae sacello, vel in sacristia separatim ab aliis rebus ibi custodiendis. Quoad expositionem debitiss temporibus faciendam, adamussim serventur omnes liturgicae praescriptiones.

188. De cetero, hortamur ut imagines in postrum aut pictae sint, aut si sculpantur hoc ita fiat, ut eas vestibus ornare minime opus sit. Quae modo iam extant, proprias habeant vestes deputatas. Si autem aliqua persona saecularis ad ornatum imaginis vestimenta aliqua exhibuerit, sciat quod si exhibitis vestimentis imago induita fuerit, eo ipso ad eius cultum applicari debent. Imagines autem, quando vestibus, aut alio modo erunt exornanda, ad effectum huiusmodi extra ecclesiam ne deferantur.

189. Prohibitum est sacras imagines exponere, cum alio habitu et forma quam in catholica Ecclesia ab antiquo tempore pietas consuevit. Vetamus etiam ne imagines ita ornentur ut aliam repraesentare valeant.

190. Quum de ritu sit, ut sanctorum imagines capite radiis vel aureola circumdato exponantur, haec synodus optaret, ut nulla imago fidelium venerationi in ecclesiis apponenteretur, nisi capite ornato aureola si de Sancto agatur, radiis si de Beato.

191. Imagines publicae venerationi exponendae, ex fragili materia minime conficiantur, nec priusquam benedicantur ab habente facultatem exponi possunt. Insuper, prout sancta Tridentina Synodus statuit, nemini licet ullo in loco vel ecclesia etiam quomodo libet exempta, ullam insolitam ponere imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit.

192. Norma liturgica est, quam continuo urget S. R. C. haud posse in eadem ecclesia, multoque magis in eodem altari publicae venerationi exponi duas vel pictas tabulas vel statuas eundem repraesentantes sanctum, et si de alma Virgine agatur, Deiparam sub eodem titulo repraesentantes.

193. Ob reverentiam SS̄mae Crucis sanctorumque

imaginibus debitam, in profanis vestibus, in domuum aut personarum supellectilibus, aut esculentis, non liceat Crucem imaginesve sanctorum aut alias res sacras de pingere vel acu pingere aut sculpere.

194. Ne patientur Episcopi, ut sanctae Crucis sanctorumve imagines humi efformentur, ubi pedibus conculari possint. Item districte inhibeant quominus intra ecclesiam populo proponantur emendaes imagines Beatae Virginis Mariae vel sanctorum.

195. Stricte prohibemus quascumque scenicas re praesentationes de passione, morte et sepultura D. N. Iesu Christi aut de mysteriis B. V. Mariae.

196. Imagines benefactorum seu virorum in ecclesiastica dignitate constitutorum, in ecclesia exponere non licet.

CAPUT VII.

De Indulgentiis.

197. Sacrosanta Tridentina Synodus indulgentiarum usum, christiano populo maxime salutarem et sacrorum auctoritate conciliorum probatum in Ecclesia, retinendum esse docet et praecipit. Quapropter parochi, confessarii et concessionares indulgentiarum natu ram earumque in christianam morum perfectionem influxum, assidue proponant, et fideles ad indulgentiarum usum excitent, simulque falsas opiniones et abusus ingravescentes circa easdem sedulo praecaveant.

198. Doceant in primis, indulgentiam esse remissionem poenae temporalis Deo debitae pro peccatis quoad culpam remissis, quam Ecclesia suis concedit subditis, extra sacramentum, per potestatem solvendi

sibi divinitus traditam, ex thesauro meritorum Christi, B. V. Mariae et sanctorum.

199. Sedulo incumbant parochi ad eam evellendam quorundam superstitionis opinionem, qui orationibus vel imaginibus effectus tribuunt, qui ex indulgentiis minime procedunt.

200. Res indulgentiis ditatae tradi debent fidelibus omnino gratis, ita ut si aliquid quocumque titulo, sive pretii, sive permutationis, sive muneris, sive eleemosynae, requiratur vel accipiatur, indulgentiae ex hoc ipso amittantur.

201. Nemo omnino audeat ullas novas aut ignotas indulgentias populo commendare, nisi prius ab Ordinario recognitae fuerint. Parochis vero praecipimus, ut populum sibi commissum diligenter admoneant, ne foliis aut libellis quibusvis temere fidem adhibeant, in quibus saepe ex levibus, vanis et superstitionis causis insolitae pollicentur indulgentiae.

202. Iuxta declarationem S. C. Indulg. prohibitum est plures impetriri infirmo in eodem mortis periculo permanenti, ab eodem vel a diversis sacerdotibus hanc facultatem habentibus, indulgentiam plenariam quae vulgo *Benedictio Papalis* dicitur. Item nullatenus imperatiatur plures infirmo in iisdem circumstantiis ac supra constituto indulgentia plenaria in articulo mortis a pluribus sacerdotibus hanc facultatem habentibus ex diverso capite, scilicet, ratione aggregationis confraternitatibus SS^{mm}i Rosarii, sacri Scapularis de Monte Carmelo, SS^{mm}ae Trinitatis, etc.

CAPUT VIII.

De festis de pracepto.

203. Dominicis diebus et festis de pracepto, cuncti fideles non solum ab omni opere servili sese abstinent, et sacrosancto Missae sacrificio intersint, sed etiam Dei verbum audiant vel legant, christianam doctrinam discant aut doceant.

204. Ad hunc finem, parochi exercitium vespertinum hoc modo statuant: SS^{mo} Sacramento exposito, sacerdos cum populo sacratissimum Rosarium Mariale recitat; quo finito, simplici sermone aliquid de christiana doctrina explanabit ad mentem catechismi S. Pii V. Trisagium SS. Trinitatis cani etiam potest et aliquis pius hymnus post SS^mi Sacramenti reservationem.

205. Huius provinciae Christi fideles sub utroque pracepto sequentia festa observare tenentur:

Dies Dominicas totius anni.

Circumcisionis D. N. I. C. - 1 Januar.

Epiphaniae D. N. I. C. - 6 Januar.

Purificationis B. M. V. - 2 Februar.

S. Joseph, Sponsi B. M. V. 19 Mart.

Annuntiationis B. M. V. - 25 Mart.

Ascensionis D. N. I. C.

SS^mi Corporis Christi.

Nativitatis S. Ioan. Bapt. - 24 Iun.

Ss. Apost. Petri et Pauli - 29 Iun.

Assumptionis B. V. M. - 15 Aug.

Nativitatis B. V. M. - 8 Sept.

Omnium Sanctorum - 1 Nov.

Immac. Concept. B. V. M. - 8 Dec.

Apparit. B. V. M. de Guad. - 12 Dec.

Nativitatis D. N. I. Christi - 25 Dec.

206. Licentia laborandi diebus festis ab Episcopo vel parocho semper est requirenda, etiamsi necessitas urgeat aut pietas suadeat, iuxta declarationes S. C. Concil. et S. C. Episc. et Regul.

207. Christianos insuper hortamur, ut diebus Dominicis aliisque festis, comessationes, concursus theatrales, et omnia quibus festi dies profanantur, et parvuli praesertim scandalum patiuntur, devitent.

CAPUT IX.

De ieunio et abstinentia.

208. Parochis et ecclesiarum rectoribus, doctrinam de ieunio, de modo ieunandi, de causis quae ab hoc pracepto excusant, explicare cum omni diligentia praecepimus.

209. Item, animarum pastores ostendant quomodo abstinentiae lege obstringantur septennio maiores: lege autem ieunii, qui vigesimum primum aetatis annum egressi sunt, et quomodo eximuntur illi, quos aut aetas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas deobligat. Ne tamen in erroneam conscientiam inducantur fideles, parochi eos doceant, qui certo teneantur, qui vero excusentur, ostendentes qui sunt labores, aliaeve causae a ieunii onere eximentes; moneant ne quid in dubiis proprio iudicio definit, nisi de casu urgentissimo agatur; tunc enim ex adjunctis, ipsimet christiana prudentia iudicare poterunt.

Conc. Mechoacan.

210. Dies in quibus iuxta apostolica indulta omnes utriusque sexus fideles iejunare tenentur, accurate de- nuntientur.

211. Idem dicendum est de diebus ieunii cum absti- nentia, qui pauci apud nos numerantur, ex benignis indultis a S. Sede concessis.

212. Parochus prae oculis habeat S. Poenitentiariae responsiones, quae pro ieunii et abstinentiae lege miti- ganda vel explicanda datae sunt, privilegia Indis et Ni- gritis concessa, aliasque S. Sedis declarationes et praescriptiones.

CAPUT X.

De Indorum Privilegiis.

213. Quoad Indorum et Nigritarum privilegia, accu- rate servetur Apostolicarum concessionum tenor cum adnexis declarationibus.

CAPUT XI.

De Musica sacra.

214. Quum cantus qui planus, firmus seu gregorianus dicitur, verus et proprius cantus ritualis Ecclesiae sit, cultui divino apprime adaptatus, et ad glorificandum Deum, mentesque sursum ferendas aptissimus, qui si recte decenterque in Dei ecclesiis peragatur, a piis hominibus libentius auditur, curabunt Episcopi, eisque sociati toto conamine adlaborabunt ecclesiarum rectores, ut praestantissimi cantus huiusmodi studium et praxis foveatur, restituatur et promoveatur in tota nostra Me- choacanensi provincia.

215. Praecipimus ergo, ut in omnibus cathedralibus huius provinciae et ceteris ecclesiis, seminariis et scholis, cantus ritualis gregorianus ita doceatur et executioni mandetur prout iacet in libris liturgicis editionis authenticae.

216. In memoriam omnium sacerdotum revocamus strictam obligationem canendi missam, prout iacet in Missali. Contraria praxis ut corruptela declarata fuit a S. R. C. Meminerint etiam canonici cathedralium obligationis addiscendi cantum rituale.

217. Monentur capitula cathedralium, parochi et ecclesiarum rectores, suum esse curare ut cantores et musici in ecclesia, cum illa modestia et pietate, quae divino cultui decet, se gerant; et praecipuum curam in id impendant, ut ii tantum admittantur cantores qui quod ore proferunt, corde credant, operibusque comprobent.

218. Volumus et mandamus, ut in posterum a choro ecclesiastico mulierum voces omnino excludantur, excepto monialium choro et aliarum congregationum in earum propriis sacellis et suis tantum functionibus, servatisque Ecclesiae praescriptionibus.

219. Curent parochi ut ad instar scholarum cathe- dralium, instituantur in suis ecclesiis iuvenum et puerorum scholae musicales, quae cantui romano et musicae sacrae studeant, ut ad missas et ceteras sacras fun- ctiones sint paratae.

220. Ritualis cantus locum non usurpet musica hodierna, quae si illi accedat, devota sit et ecclesiastica. Ad hunc finem, fideliter observandas monemus regulas a S. Sede praescriptas.

221. Sollicite curare debent ecclesiastici viri quibus hoc munus in cathedralibus incumbit, ut parochi cete-

rique ecclesiarum rectores, praedictas regulas adamus-
sim observent.

222. Instituatur in singulis huius provinciae dio-
cesibus, *Societas musicalis*, quo melius ad praxim dedu-
cantur mandata S. Sedis circa Musicam Sacram.

CAPUT XII.

De praecipuis devotionis exercitiis.

223. Divinum cultum seu christianaे devotionis exer-
citium tum publicum tum privatum summopere pro-
movere studeant animarum rectores; frequentem praes-
ertim sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae rece-
ptionem, quotidianam pro viribus sacrosanti Missae
Sacrificii auditionem, propriae conscientiae discussionem
cum actu contritionis, et domesticam piarum precum
recitationem, enixe commendare non omittant, non verbo
tantum, sed exemplis praecipue domesticis.

224. Maxime commendamus praxim Dominum no-
strum Iesum Christum, cuius deliciae sunt *cum filiis
hominum*, singulis diebus in ecclesiis ubi SS. Sacra-
mentum asservatur, pie et reverenter invisendi. Enixe
quoque fideles omnes hortamur, ut singulis diebus festis,
post divina officia persoluta, post auditum verbum Dei,
piis exercitiis domi vacare non omittant. Opportunis-
sum quoque existimamus ut parentes cum filiis,
heri cum famulis, doctrinam catechismi alternatim re-
petant.

225. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine
meo, ibi ego sum in medio eorum*, dixit Dominus.
Igitur devotionis exercitia in communi peragant fami-
liae christianaē: mane et vespere Deum, a quo bona

cuncta procedunt, adorent et devote supplicant; ante
et post refectionem a Deo, *qui dat escam esurientibus*,
benedictionem petant eique gratias agant; ad trinum
Salutationis Angelicae pulsum, Dei Genitricem vene-
rentur et invocent, memoriam Incarnationis divini Verbi
recolementes; quotidie in communi sanctissimum ipsius
Beatissimae Virginis Rosarium recitent, ad quod facien-
dum semel atque iterum fideles omnes invitat SS. D.
N. Leo PP. XIII, in plurimis Litteris Encyclicis de
Rosario Mariali.

226. Piae peregrinationes, non solum ad celeber-
rimum sanctuarium Guadalupanum, ut supra dictum est,
sed et ad alia sanctuaria in nostra provincia ecclesiastica
et in singulis dioecesis existentia summa devotione
fiant, praevia tamen Ordinarii licentia et praemissa
devota praeparatione. Exercitum *Viae Crucis* frequenter
fiat, praesertim in ecclesiis parochialibus: et ubique fide-
liter serventur quae de Cultu divino et de piis Soda-
litii alibi dicuntur.

CAPUT XIII.

De piis Sodalitiis.

227. Sancta Mater Ecclesia, de filiorum salute pro-
videntissima, sodalites seu pias laicorum confraterni-
tates instituit et fovet: quae si omni tempore utiles
fuerunt, eas hodiernis temporibus proprie necessarias
existimamus. Ut autem, iam erectae serventur et illae
quas instituere in posterum oporteat, rite in omnibus
procedant, sequentia decernere statuimus:

228. Nulla unquam sodalitas seu congregatio, in
ecclesiis etiam regularium erigi potest, aut iam erecta

rique ecclesiarum rectores, praedictas regulas adamus-
sim observent.

222. Instituatur in singulis huius provinciae dio-
cesibus, *Societas musicalis*, quo melius ad praxim dedu-
cantur mandata S. Sedis circa Musicam Sacram.

CAPUT XII.

De praecipuis devotionis exercitiis.

223. Divinum cultum seu christianaे devotionis exer-
citium tum publicum tum privatum summopere pro-
movere studeant animarum rectores; frequentem praes-
ertim sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae rece-
ptionem, quotidianam pro viribus sacrosanti Missae
Sacrificii auditionem, propriae conscientiae discussionem
cum actu contritionis, et domesticam piarum precum
recitationem, enixe commendare non omittant, non verbo
tantum, sed exemplis praecipue domesticis.

224. Maxime commendamus praxim Dominum no-
strum Iesum Christum, cuius deliciae sunt *cum filiis
hominum*, singulis diebus in ecclesiis ubi SS. Sacra-
mentum asservatur, pie et reverenter invisendi. Enixe
quoque fideles omnes hortamur, ut singulis diebus festis,
post divina officia persoluta, post auditum verbum Dei,
piis exercitiis domi vacare non omittant. Opportunis-
sum quoque existimamus ut parentes cum filiis,
heri cum famulis, doctrinam catechismi alternatim re-
petant.

225. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine
meo, ibi ego sum in medio eorum*, dixit Dominus.
Igitur devotionis exercitia in communi peragant fami-
liae christianaē: mane et vespere Deum, a quo bona

cuncta procedunt, adorent et devote supplicant; ante
et post refectionem a Deo, *qui dat escam esurientibus*,
benedictionem petant eique gratias agant; ad trinum
Salutationis Angelicae pulsum, Dei Genitricem vene-
rentur et invocent, memoriam Incarnationis divini Verbi
recolementes; quotidie in communi sanctissimum ipsius
Beatissimae Virginis Rosarium recitent, ad quod facien-
dum semel atque iterum fideles omnes invitat SS. D.
N. Leo PP. XIII, in plurimis Litteris Encyclicis de
Rosario Mariali.

226. Piae peregrinationes, non solum ad celeber-
rimum sanctuarium Guadalupanum, ut supra dictum est,
sed et ad alia sanctuaria in nostra provincia ecclesiastica
et in singulis dioecesis existentia summa devotione
fiant, praevia tamen Ordinarii licentia et praemissa
devota praeparatione. Exercitum *Viae Crucis* frequenter
fiat, praesertim in ecclesiis parochialibus: et ubique fide-
liter serventur quae de Cultu divino et de piis Soda-
litii alibi dicuntur.

CAPUT XIII.

De piis Sodalitiis.

227. Sancta Mater Ecclesia, de filiorum salute pro-
videntissima, sodalites seu pias laicorum confraterni-
tates instituit et fovet: quae si omni tempore utiles
fuerunt, eas hodiernis temporibus proprie necessarias
existimamus. Ut autem, iam erectae serventur et illae
quas instituere in posterum oporteat, rite in omnibus
procedant, sequentia decernere statuimus:

228. Nulla unquam sodalitas seu congregatio, in
ecclesiis etiam regularium erigi potest, aut iam erecta

in aliquam archiconfraternitatem cooptari sine Episcopi consensu et approbatione.

229. Confraternitatum statuta, pro ratione loci ab Episcopo dioecesano examinentur et approbentur; quae nihilominus Episcopi decretis et moderationi aut correctioni in omnibus semper subiecta remaneant, ad normam iuris. Privilegia, indulgentiae, facultates aliaeque spirituales gratiae et indulta huiusmodi sodalitatibus communicata, praevia recognitione Ordinarii loci indigent. Eleemosyna et alia christiana charitatis subsidia, confraternitates iuxta modum et formam per Ordinarium loci praescribendam excipient, et, pro Ordinarii arbitrio, dictae eleemosynae in utilitatem ecclesiae, aliosque pios usus erogentur, servatis servandis. Singulae auctoritati Episcopi sunt subiectae, et supremo eius regimine diriguntur; ideoque, vel per se, vel per suum delegatum, praesidet sodalium conventibus, in quibus agitur de rerum ad sodalitum spectantium administratione. Delegatus tamen voto activo caret.

230. Parochus, a iure, praeses est omnium confraternitatum in sua parochiali ecclesia erectarum, seu in alia intra paroeciae terminos, quae proprium rectorem non habeat, ideoque sub ipsius parochi administratione constituta sit atque ab eo pendeat in ecclesiasticis functionibus. Ne autem controversiae oriuntur, servetur in omnibus generale decretum S. R. C. ad eas dirimendas vel vitandas, approbante Clemente XI editum die 10 Dec. 1703 et promulgatum die 12 Ianuarii 1704.

231. Quaevis confraternitas erecta etiam in ecclesiis regularium exemptorum, ab Episcopo visitari potest, in his quae confraternitatis administrationem respiciunt. Et item confraternitatum officiales tenentur singulis annis

de administratione rerum et redditum ipsius sodalitii Episcopo rationem reddere.

232. Illi tantum inter confratres recipiantur, qui rudimenta fidei didicerint, et bene morati sint, atque ad Ecclesiae sacramenta accendant, eiusque praecepta observent. Illi autem iam adscripti, qui a recta via recepcione, vel turbas excitent et dissidia, aut praeceptum paschale non adimpleant, si legitime moniti non corriganter, a sodalitate expelli debent.

233. Summopere parochis commendamus, ut ubique instituantur, vel conserventur, vel restituantur confraternitates Adorationis Perpetuae, Horae Eucharisticae et aliarum SS̄mi Sacramenti, Sacrae Familiae, SS̄mi Rosarii B. V. Mariae, Scapularis B. V. Mariae de Monte Carmelo, de Mercede, Filiarum Mariae, Orationis Apostolatus, aliarumque SS̄mi Cordi Iesu, Societas catholicae virorum ac mulierum, Confraternitates S. Vincentii a Paulo charitatem erga pauperes exercentes, Conventus catholicorum, vulgo *Círculos Católicos*, Sanctae Scholae a S. Philippo Neri institutae, et Congregationes S. Mariae. Tertius Ordo S. Francisci a Summo Pontifice Leone XIII omni laude cumulatus, veluti medium validissimum ad reformatos mores atque ad impiarum societatum contibus obsistendum, omni studio promoveatur.

234. Unica tantum confraternitas eiusdem instituti et generis potest in uno eodemque oppido aut civitate institui et aggregari, si excipientur confraternitates SS̄mi Sacramenti, Doctrinae Christianae et aliae quae singulari privilegio gaudent.

235. Sola Episcopi auctoritate, nulla confraternitas aut congregatio regularium institui potest; sed requiritur etiam Superioris ordinis licentia, nisi ad hoc Episcopus indulto aliquo gaudeat.

236. Curent Episcopi ut confraternitates in sua dioecesi erectae, aut erigendae, primariis eiusdem nominis et instituti canonice aggregentur, ut indulgentiis, privilegiis aliisque spiritualibus beneficiis gaudere valeant.

CAPUT XIV.

De ecclesiastica sepultura et de suffragiis pro defunctis.

237. Iuxta leges canonicas, corpora fidelium sepielienda sunt ministerio sacerdotis, Ecclesiae preces et ritus adhibentis; sepieliendi autem et funerandi munus a iure competit soli parocho et non alteri sacerdoti. Fideles igitur, de hac re et etiam de pio erga suos officio sollicite provideant. Parochi vero, curent, ut omnia iuxta ordinem praescriptum peragantur et ad normam Ritualis et Missalis romani.

238. Curabunt parochi, ut omnes qui intra suae paroeciae limites decedunt, in libro defunctorum inscribantur, ut tuto procedi valeat cum de secundis nuptiis aliqua exorta fuerit difficultas.

239. Hortamur etiam parochos, ut moneant Christifideles ne omittant mortem singulorum familiarium opportuno tempore declarandi, ut singulis mensibus elenches mortuorum ab ipso parocho rite dispositus, ad ecclesiae valvas apponatur, sique facilius et uberioris animae in purgatorio detentae suffragiis et orationibus fidelium adiuventur.

240. Cum ex doctrina sanctae Ecclesiae, defunctorum animae in Purgatorio detentae, nullo alio suffragio magis quam sacrosancto Missae sacrificio iuventur, praecipimus, ut, nisi insuperabile impedimentum occurrat, defunctorum corpora ad ecclesiam

deferantur, eisque praesentibus, missa vel officium celebretur. Sollicite ergo parochi omnes Christifideles adhortentur, ut istud refrigerii et aeternae quietis subsidium suis defunctis pro posse suo concedant.

241. Cum rationi maxime consonum sit, ut subditi, superiores amore prosequantur, praecipit haec synodus ut, defuncto Episcopo, omnes illius dioecesis sacerdotes intra quatuor dies a mortis notitia, pro eo missam unam de defuncto Episcopo celebrare teneantur; infra octo, vero, in singulis paroeciis, una solemnis celebretur cum responsorio: servatis S. R. C. decretis.

242. Caveant omnino parochi, aliqui sacerdotes ne sepulturæ vel exequiarum seu anniversarii mortuorum officii causa, quidquam paciscantur aut tamquam pretium exigant, sed iis eleemosynis contenti sint, quae aut probata consuetudine dari solent, aut Ordinarius constituerit. Pauperes vero, quibus mortuis nihil aut ita parum superest ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur.

243. Ecclesiastica sepultura negetur paganis, iudeis et omnibus infidelibus, haereticis et eorum fautoribus, apostatis a christiana fide, schismaticis et publice excommunicatis, interdictis nominatim, seipso occidentibus ob desperationem vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat), nisi ante mortem dederint signa poenitentiae; morientibus in duello, vel ex vulnere in ipso accepto, etiamsi confessi et reconciliati fuerint, prout mandavit Bened. XIV¹, sublata Episcopi interpretandi et dispensandi facultate; manifestis et publicis peccatoribus qui sine poenitentia perierunt, et infantibus absque baptismate defunctis.

¹ Const. *Detestabilem*, 10 Nov. 1752.

Ubi vero in praedictis casibus dubium occurrerit, et tempus suppetat, Ordinarius consulatur. Si tempus autem consilium Episcopi expectare non patiatur, ecclesiastica sepultura in dubio non est deneganda.

244. Oportet Episcopos et parochos maiori quo possint conatu operam dare ad particularia coemeteria condenda, ubi eorum tantum corpora humentur qui sepultura ecclesiastica digni fuerint. Et maxime commendamus, ut vitetur coemeterium nomine *Pantheon* nuncupare, praesertim in libris parochialibus.

245. Corpora defunctorum iam sepulta, ex uno ad alterum locum nullatenus transferantur, nisi de Episcopi aut Vicarii Generalis expressa facultate in scriptis.

246. Praecipit haec synodus ne unquam permittatur ut candelabra, aut alia altaris paramenta ad ornatum feretri vel tumbae adhibeantur.

247. Convivia, crapulas et ebrietates ab Indis in die depositionis defuncti admitti solitas, diligent cura, parochi eliminare contendant, eosque moneant longe ab eo tempore id alienum esse debere.

248. Indeficienti zelo, parochi adlaborare tenentur in extirpandis superstitionibus inter indigenas praesertim gliscentibus, quae saepe mores corrumpunt. Illos ergo prudenter edoceant de vanitate usus eorumdem esculentia et poculenta tumulis defunctorum apponendi.

249. Intra ecclesiarum ambitum, orationes in funere omnino prohibentur, nisi de expressa Episcopi licentia.

250. Prudenti sollicitudine current Ordinarii ut illae devitentur defunctorum laudationes, quae in coemeteriis quandoque, praeter Ecclesiae consuetudinem, et

de humanis potius quam de christianis virtutibus, a laicis habentur.

251. Feretris laicorum qui aliqua dignitate civili vel militari honestati fuerunt, eiusdem dignitatis insignia apponi licet. Signa vero cuiuslibet societatis ab Ecclesia damnatae, ulli feretro superponi omnino interdicimus. Si in ipso autem, vel in comitatu exhibentur, aut massonica societas intersit, clerus et fideles statim recedant.

252. Parochi doceant fideles illicitum esse nomen dare societatibus quibus propositum est promovere usum comburendi hominum cadavera, et si agatur de societatibus massonicae sectae filialibus, poenas incurrire contra hanc statutas; necnon mandare, ut sua aliorumve cadavera comburantur, prorsus vetitum esse.

De ecclesiis et sacra supellectili.

253. Cum propter diversa rerum adjuncta, templorum erectio et reparatio difficultia fiant in regionibus nostris, speciali diligentia curandum est, ut hac in re nihil fiat inconsulto Episcopo, omniaque peragantur iuxta canonicas praescriptiones, et iuxta prudentiales normas ab ipso Episcopo statuendas et accurate ab omnibus servandas.

254. Templorum ornatus et exterior cultus ac Divinorum officiorum celebratio, ex cura et diligentia, quam Sacristae maiores et minores officio suo impendunt, non mediocriter dependet; quare eis iniungitur, ut Omnipotentis illius Domini Maiestatem, cuius domui inserviunt contemplantes, et sententiam Ieremiae Pro-

phetae, quae maledictum illum appellat, qui opus Dei negligenter facit, ob oculos sibi ponentes, toto pectore incumbant, ut ecclesiae cum nitore et ornatu habeantur, et indumenta sacra, aliaque ornamenta conserventur. Missis etiam et Divinis Officiis celebrandis totum id quod opus fuerit tribuatur.

255. Quoad vasa sacra, ornamenta, formam, materiam et colorem ipsorum et quidquid sacrarum supellectilium nomen complectitur, fideliter serventur omnia et singula quae sancita sunt tum generalibus rubricis Missalis et Ritualis, tum variis SS. Romanar. Congr. decretis.

256. Ecclesiarum rectores diligenter caveant, ne quidquam desit quod ad nitorem cultum pertineat in ecclesiis quae sibi commissae sunt; si vero ad id re aliqua opus fuerit, quae ob propriae ecclesiae paupertatem obtineri non possit, Episcopum certiores faciant, ut opportune providere possit.

257. Nemini in vicis vel in agris sacellum publicum extruere licet, quin ab Episcopo licentiam in scriptis obtainuerit. Quodvis publicum oratorium ab Episcopo aut a presbytero quem ipse delegaverit benedictione lustretur, quod antequam factum sit, divina ibi celebrare officia non licet.

258. Sacella huiusmodi sint decora et a laicorum aedibus et cubilibus, ubi res profanae tractentur, separata; valvae eorum tutae, seris et clavibus munitae, et nullo umquam tempore bestiis ad ea aditus pateat.


259. Oratoria ruralia saepe a parocho visitentur, ut ipse videat an omnibus ad missae sacrificium decenter celebrandum requisitis sint instructa, atque sedes confessionalis extet quae praescriptas conditiones habeat, omniaque rite procedant.

260. Parochi etiam invigilare tenentur, ut cuncti sacerdotes diebus festis in praedictis celebrantes oratoriis, christianam doctrinam ruricolis explicent, sive intermissarum solemnia, sive post missae celebrationem, sive denique in pio vespertino exercitio, prout magis opportunum ipsis videbitur; quod si tribus continuis diebus festis omittatur, ex hoc ipso missae celebratio interdicitur. Et ne villarum domini (vulgo *hacendados*) sacerdotibus hoc munus perficere impedian, parochus illos monitos faciat quantum ipsis praestet, ut huiusmodi praedicatio habeatur.

261. In ruralibus sacellis sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum asservare non licet, nisi huiusmodi sacella sint ad instar ecclesiae quasi parochialis, servatisque servandis.

262. Omnes illi qui in praedictis sacellis dominium habuerint aut curam, invigilare tenentur, ne prope sint aliqua quae cum loci sanctitate et quiete, nullo modo componi possunt, ut armentorum stabula et alia huiusmodi. Nemini profana instrumenta aut paleas, hordeum et cetera in oratoria inferre liceat, aut in illis quasi in horreo servare.

263. Nullum sacellum dirui, vel ad usus profanos converti potest, nisi de Episcopi consensu, servatisque de iure servandis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS IV.

DE SACRAMENTIS.

CAPUT I.

De sacramentis in genere.

264. Parochi omni studio ac diligentia fidelem populum instruant, de natura, praestantia et necessitate sacramentorum, de significatione rituum et caeremoniarum quae in eorum administratione observari debent; doceant insuper eorum effectus in suscipientibus digne, et gravia peccata quae, eadem profanare audentes, committunt.

265. Sacerdos, dum sacramentum aliquod conficit vel ministrat, singula verba quae ad illius formam et ministerium pertinent, attente, distinete ac pie, atque clara voce pronuntiabit. Similiter et alias orationes et preces devote ac religiose dicet; nec memoriae, quae plerumque labitur, facile confidet, sed omnia recitat ex libris. Reliquas praeterea caeremonias ac ritus ita decenter, gravique actione peraget, ut stantes ad coelatum cogitationem rerum erigat et attentos reddat.

266. Omnia quae Sacramentorum confectionem et administrationem respiciunt, fideliter iuxta Rituale Romanum, S. R. C. decreta, aliasque canonicas praescriptiones peragantur.

CAPUT II.

De Baptismo.

267. Baptismus solemnis administrari non debet nisi in templo et in ipso fonte baptismali. Pro casu extraordinario, parochi ad Episcopum recurrere tenentur.

268. Parochi pro posse suo studiosissime invigilant ne quis infans baptismate privetur et tali modo decedens, a sempiterna beatitudine arceatur. Parentes igitur, monere debent parochi ut quam primum filios suos Ecclesiae baptizandos offerant, aut saltem non ultra triduum ab eorumdem nativitate.

269. In baptismate a profanis nominibus imponendis parochi sese abstineant, et ea ex Martyrologio Romano aut ex aliis probatis menologiis desumant. Optandum etiam foret, ut propter reverentiam erga SS. Nomen Iesu, ab hoc imponendo abstinerent, iuxta morem Ecclesiae Romanae.

270. Patrinos saltem in aetate pubertatis constitutos ac sacramento Confirmationis consignatos esse maxime convenit. Sciant, praeterea, parochi ad hoc munus non esse admittendos infideles, aut haereticos, non publice excommunicatos aut interdictos, non publice criminosos aut infames, nec praeterea qui sana mente non sunt, neque qui ignorant fidei rudimenta.

271. Religiosos utriusque sexus ab officio patrinatorum canones prohibent; clerici vero illud non suscipiant nisi de Ordinarii consensu.

272. Ad difficultates vitandas et quaestiones praeveniendas, praecipimus ut in explicatione sacramentorum, parochi declarare non praetermittant quibus patrini munus prohibetur. Si vero parochus antequam ad

baptismum ministrandum vocetur, intelligat patrini indignum esse, opportune parentes doceat legem Ecclesiae, atque prudenter inducat ad alium designandum.

273. Parochis incumbit invigilare ut obstetriciam artem exercentes baptismatis rite conferendi rationem optime sciant; immo omnes fideles erudire quomodo privatim administretur, ne aliquid ex essentialibus desit, si necessitate compulsi baptizent.

274. Qui in necessitate privatim baptizant, rem statim parocho deferant: qui, si debita materia vel forma defuerit, infantem absolute baptizet; si de materia vel forma dubitetur, illum sub conditione baptizet; si debita materia et debita forma adhibitae fuerint, solummodo caeremonias ritusque in ecclesia absolvat; quibus si patrini interfuerint, nullo cognitionis vinculo constringi sciant.

275. Quicunque infantem expositum reperiat, eum, nulla interposita mora, ad proximiorem parochum defendum curet, qui, nisi certo constet de baptismō collato, illum sub conditione baptizet. Schedulis vero, quibus forte baptismus testificatur, nullam praebeat fidem, nisi investigatione peracta, valida baptismi collatio comprobetur.

276. Cum agatur de privato baptismate, curet parochus ut in libro baptismali inscrivantur nomina administrantis et patrinorum, si qui fuere.

277. Prohibemus ne sacerdotes solemniter baptizare praesumant, nisi de licentia Ordinarii vel parochi.

278. Olei et chrismatis unctiones a sacerdote in baptismate fieri debent pollice manus dexteræ; non autem virgula, excepta necessitatis causa.

279. Si haereticus, praesertim exterus, ad Ecclesiam reversus, baptismum postulet, postquam errorum pravitatem agnoscat, praevia haeresi abiuratione et fidei

professione, baptizari debet sub conditione, si re diligenter investigata, dubitatio remaneat de validitate prioris baptismatis. Si vero constiterit validum fuisse baptismum in haeresi susceptum, recipiendus est tantum ad abiurationem haeresis et professionem fidei. Debent tamen parochi in huiusmodi casibus Episcopum adire, et servare quae pro haereticorum conversione praescripta sunt.

280. Si quis adultus sit baptizandus, debet prius in christiana fide ac sanctis moribus diligenter instrui, et per aliquot dies in pietatis operibus exerceri, eiusque voluntas et propositum saepius explorari, et non nisi sciens et volens probeque instructus baptizari.

281. Pro huius sancti veneratione sacramenti, tam sacerdotem qui adultos baptizabit, quam ipsos adultos qui sani sunt, convenit esse ieunios.

282. Fontes baptismales, qui in ecclesiis parochialibus tantum esse debent, nisi Episcopus propter locorum distantiam, aut populi commoditatem, in aliis etiam ecclesiis statuendos iudicaverit, in cella munda, clavis obserata, et quoad fieri potest, in ecclesia vel prope ecclesiam constituantur; et ita cooperti sint ut a pulvere et quibuscumque sordibus mundentur.

283. Chrisma et oleum sacrum in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis, bene obturatis serventur; quae vascula sint inter se distincta et propriam unumquodque inscriptionem habeat maiusculis litteris incisam, ne quis error committatur. Ad usum vero quotidianum, minora habeantur vascula ex argento aut stanno, sive separata sive etiam coniuncta: apte tamen distincta, bene cooperta et cum suis inscriptiobibus, ut supra, ne parochus aberret, et unum pro altero sumat, quod diligentius cavere debet.

284. Parochi prudenter deterreant fideles a choreis aliisque abusibus qui occasione baptismatis nonnumquam fiunt, quique reverentiae sacramento debitae et patrornorum muneri pietatis adversantur.

285. Statutum est, et ex more antiquo traditum, ut mulieres puerperae a parocho aut ab alio sacerdote benedictionem accipiant, missaeque intersint, ut gratias omnipotenti Deo referant pro beneficiis acceptis; benedictionem tamen accipere nequeunt mulieres, quae ex illegitimo concubitu, vel solo civili vinculo coniunctae prolem suscepserunt.

CAPUT III.

De Confirmatione.

286. Ut fideles ad suscipiendum Confirmationis sacramentum cum debita reverentia animique devotione accedant, praecipimus ut parochi, illis, tempore praesertim pastoralis visitationis, pie prudenterque explicare curent huius sacramenti naturam, vim, dignitatem, characterem fructus, et dispositiones animae et corporis requisitas in adultis ad illud licite et fructuose suscipiendum. Doceant pariter grave committere peccatum qui, cum ad confirmationem possint accedere, illam per contemptum respuant, et saltem veniale, si per negligentiam non accipiunt.

287. Episcoporum tantum iure divino est, hoc sacramento munire Christifideles; attamen simplex sacerdos ab Apostolica Sede specialiter delegatus, potest etiam aliquando confirmare.

288. Parvuli, ut sacramentum Confirmationis recipiunt, antea baptizari debent, et in iis qui ad usum rationis pervenerunt, requiritur insuper, praeter rudi-

menta fidei, status gratiae; utrosque vero, decent mun-
dities vestis ac corporis, prout dignitas sacramenti
postulat.

289. In hisce nostris regionibus propter locorum
distantiam viarumque difficultatem, necnon fidelium ino-
piam, mos antiquus fuit, ab omnibus servatus ut in pa-
storali praesertim visitatione hoc sacramentum cum par-
vuli tum adulti accipiant; ideoque omnes in quacumque
aetate ad idem sacramentum accedere possunt.

290. Patrini munus in confirmatione obeat unus
tantum, sive vir, sive mulier, iuxta sexum confirmandi;
sitque iam confirmatus, atque a patrinis baptismatis
diversus, excepto casu necessitatis. Qui iure ecclesiastico
in baptimate sponsores esse prohibitur, etiam pro
confirmatione excludendos monemus, atque etiam vitri-
cum et novercam. Sufficit ut patrinus manum dexteram
ponat super humerum dexterum confirmandi, quin ne-
cessere sit ut parvulum suis ulnis levatum sustineat.

291. Omnes solemni huius sacramenti administra-
tioni adstantes, devotis orationibus animoque ad pie-
tatem et religionem composito assistant, atque ab omni
strepitu et confabulatione abstineant, prout loci sancti-
tas et sacramenti dignitas exigunt.

292. In archiviis parochialibus extet liber omnium
confirmatorum ex quo indubium de suscepta confirma-
tione testimonium cum opus fuerit peti possit; et curent
parochi ut in iis inscribantur nomina et cognomina
confirmatorum, eorumque parentum, patrini etiam vel
matrinae.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT IV.

De Eucharistia.

293. Diurno dumtaxat tempore, horis nempe quibus
sacrosanctum Missae sacrificium celebrare licet, sacra
communio administranda est; minime vero nocte Na-
tivitatis Domini, nisi habeatur apostolicum privilegium.
Ubi Missa ex indulto celebratur, antequam aurora illu-
cescat, vel initio ipsius aurorae, communio dispensari
potest, immo et ante missam, si mors gravis esset fide-
libus qui non nisi summo mane et per breve tempus
ad Ecclesiam accedere possunt, vel forte minimo tem-
pore minorique proinde pietatis emolumento in gra-
tiarum actione permansuri essent, si ad sacram com-
munionem infra missam tantum admitterentur.

294. Cum Tridentini Patres optent, ut singuli missis
adstantibus, sacramentali Eucharistiae perceptione refi-
ciantur, duo extrema cavenda sunt omnino a parochis
aliisque animarum moderatoribus, ne sua scilicet neglig-
entia vel impatientia a frequenti communione arcean-
tur fideles, quibus a Christo dictum est: *Venite ad me
omnes*¹; et ne ad eam admittant qui publice indigni cen-
seantur, uti sunt haeretici, ecclesiasticis censuris inno-
dati, publici peccatores occulte petentes, donec resipi-
scant et digni accedant, nefas enim est sanctum dare
canibus.

295. Quod vero adpios fideles attinet, parochus,
uti talis, nequit sibi arrogare in foro externo iudicium de
communione pii fidelibus concedenda vel deneganda,
cum hoc ad confessarium pertineat; ad illum autem

¹ Matth. xi, 28.

tantum spectat praesto esse quibuscumque frequenter communicare desiderant.

296. Ob reverentiam huic SS. Sacramento debitam et ad periculum avertendum, sacrae species semel in hebdomata renoventur, et nullibi ultra viginti dies earumdem renovatio differatur. Ubi sacerdos novas consecraverit hostias, veteres primo distribuat, vel sumat, si commode fieri possit; secus in alia pixide reser- ventur, ut in pluribus sacrificiis immediate sequentibus consumantur, quin plures particulae in eadem communione unicuique personae tribuantur. Pro renovatione sacramenti, hostiae recenter confectae adhibendae sunt, et ne fragmenta nimis multiplicentur in pixide, hostiae consecrandae cribro mundo ab adhaerentibus particulis expurgari debent antequam ad altare deferantur.

297. Prima puerorum communio, ex qua tota vitae christiana ordinatio saepius pendet, proprium parochorum officium est, qui spirituales illorum patres merito dicuntur. Singulis annis tempore congruenti diligenter current, ut pueri ad sacram Synaxim disponantur per catechisticas instructiones, conciones et exercitia spiritualia illorum aetati convenientia. Si alias sacerdos speciali de causa hoc munus implere intendat, non difficilem consensum praestet parochus, praesertim cum de pueris agatur qui in aliquo collegio, vel sub alicuius congregationis cura rite educantur. Current etiam parochi parentes admonere ne pueros ad primam communionem adducant, quin sufficienter, ut dictum est, praeparentur, nec ipsi parochi ad communionem admittant, nisi praevia congrua praeparatione.

298. Pueri septennes plus minusve, sufficienter formati habentur, ut discriminare valeant bonum inter et malum, et etiam inter gravia et levia peccata; ideoque

cum ad hanc perveniant aetatem, pracepto annuae confessionis tenentur.

299. Ad primam autem communionem maior discre-
tio requiritur, quae generatim in nostra provincia ha-
betur decimo circiter aetatis anno; hoc tamen relin-
quitur iudicio confessarii.

300. Solemniori quo fieri possit pompa et religioso apparatu celebretur prima puerorum communio, ut pueri doceantur divinum sacramentum magni facere, publiceque gratias Deo referant, pro ineffabili quo illos ditavit beneficio. Iterum eadem die ad templum addu-
cantur, ut solemniterrenovent promissiones in baptis-
mate emissas ac Sacratissimo Cordi Iesu et Beatis-
simae Virgini Mariae sese ex toto corde devoveant.

301. Vicarius fixus in oppidulo et capellanus in pago omnia haec officia praestare tenentur, quae paro-
chus per se facere non potest.

302. Singuli Christifideles cum ad annos discre-
tionis pervenerint, saltem semel in anno tenentur ad
communicandum tempore paschali.

303. Quadragesima adveniente, praceptum de com-
munione paschali Episcopi annuntient et illud parochi
explicit, in memoriam revocantes Concilii Tridentini
canonem quo anathema dicitur illi qui praceptum ne-
gaverit. Doceant gravissimo se crimen obstringi et
poenis a Lateranensi Concilio statutis obnoxii fieri qui-
cumque intra praescriptum temporis spatium sacram
Eucharistiam non sumunt, nisi forte aut legitimo deti-
neantur impedimento, aut ex confessarii iudicio in aliud
tempus id facere differant.

304. Hoc praceptum non adimplent, qui paschali
tempore extra paroeciam communicant sine parochi
consensu; vagi tamen et peregrini ab ista lege exi-

muntur, et praecepto satisfaciunt in qualibet ecclesia loci ubi commorantur.

305. SS. Viaticum ministrare munus parochorum est, qui et vicariis illud delegare possunt. Extra casum necessitatis, sine parochi aut Ordinarii licentia nulli alio sacerdoti illud ministrare licet.

306. SS. Viatico muniantur etiam pueri qui nondum primam communionem perceperunt, dummodo coelestem cibum a terreno discernere queant, et rite disponantur. Neminerint etiam parochi SS. Viaticum minime denegari posse carcere aegrotantibus, ad mortem damnatis, nec infirmis rure decentibus.

307. Cavendum autem in primis est, ne SS. Viaticum ad indignos deferatur, quales sunt: publici usurarii, concubinarii, notorie criminosi, nominatum excommunicati aut denuntiati, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicae offensioni, prout de iure, satisficerint.

308. Qui divinam Eucharistiam ad aegrotos deferrunt, summa reverentia iter percurrent, pyxidem utraque manu teneant et psalmos recitent.

309. Deferantur insuper plures particulae consecratae in parvo ciborio, proprio operculo defenso, tum ut aegroto, Eucharistia iam refecto, SSmo Sacramento benedici possit, atque illud comitantes indulgentiarum a Summis Pontificibus concessarum participes fiant, tum ut ipse sacerdos facilius evitare possit difficultates, si forsitan sacra communio deneganda esset infirmo. Quod si ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia ea qua decet veneratione sacramentum ad ecclesiam commode reportari non potest, tot particulae deferrantur quo infirmis administrandae erunt.

310. Parochi tempestive fideles moneant, de praec-

cepto suscipiendo SS. Eucharistiam, omnes in periculo mortis constitutos obstringente, ut ad extremum agonem aeternae vitae pane roborentur; et vigilantissime curent, ut fideles aegre decumbentes, hoc viatico opportune reficiantur, ne illos tanto bono parochi incuria privatos decidere contingat.

311. Praecipit haec synodus, ut parochi, tum in concionibus, tum privatim, frequenter moneant tam medicos quam parentes aliosque aegrotis proxime coniuctos ceterosque infirmorum curam habentes, eorum conscientiam onerando, ut infirmos vita periclitantes opportunè iubeant ad mortem disponi. Coniuncti igitur et familiares cum viderint aliquem in mortis periculo constitutum, etiam absque iussione medici, ad suam paroeciam adeant, auxilia spiritualia pro infirmo demandantes. Hoc ipsum per charitatem facere in Domino hortamur eos omnes qui noverint infirmi periculum et assistantium incuriam.

312. Iustitiae ministri sub gravissimo peccato tenentur tempus concedere reis morti damnatis ad sua peccata confitenda et sacram Eucharistiam suscipiendam.

De Poenitentia.

313. Sacerdotes iurisdictione carentes et absque licentia Ordinarii, nequeunt valide a peccatis absolvere, nisi in articulo mortis.

314. Sacerdos in ecclesia confessiones audiat, excepta rationabili causa, quae, cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare.

315. Confessarii audire non debent mulierum confessiones post crepusculum vespertinum et ante auro-

muntur, et praecepto satisfaciunt in qualibet ecclesia loci ubi commorantur.

305. SS. Viaticum ministrare munus parochorum est, qui et vicariis illud delegare possunt. Extra casum necessitatis, sine parochi aut Ordinarii licentia nulli alio sacerdoti illud ministrare licet.

306. SS. Viatico muniantur etiam pueri qui nondum primam communionem perceperunt, dummodo coelestem cibum a terreno discernere queant, et rite disponantur. Neminerint etiam parochi SS. Viaticum minime denegari posse carcere aegrotantibus, ad mortem damnatis, nec infirmis rure decentibus.

307. Cavendum autem in primis est, ne SS. Viaticum ad indignos deferatur, quales sunt: publici usurarii, concubinarii, notorie criminosi, nominatum excommunicati aut denuntiati, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicae offensioni, prout de iure, satisficerint.

308. Qui divinam Eucharistiam ad aegrotos deferrunt, summa reverentia iter percurrent, pyxidem utraque manu teneant et psalmos recitent.

309. Deferantur insuper plures particulae consecratae in parvo ciborio, proprio operculo defenso, tum ut aegroto, Eucharistia iam refecto, SSmo Sacramento benedici possit, atque illud comitantes indulgentiarum a Summis Pontificibus concessarum participes fiant, tum ut ipse sacerdos facilius evitare possit difficultates, si forsitan sacra communio deneganda esset infirmo. Quod si ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia ea qua decet veneratione sacramentum ad ecclesiam commode reportari non potest, tot particulae deferrantur quo infirmis administrandae erunt.

310. Parochi tempestive fideles moneant, de praec-

cepto suscipiendo SS. Eucharistiam, omnes in periculo mortis constitutos obstringente, ut ad extremum agonem aeternae vitae pane roborentur; et vigilantissime curent, ut fideles aegre decumbentes, hoc viatico opportune reficiantur, ne illos tanto bono parochi incuria privatos decidere contingat.

311. Praecipit haec synodus, ut parochi, tum in concionibus, tum privatim, frequenter moneant tam medicos quam parentes aliosque aegrotis proxime coniuctos ceterosque infirmorum curam habentes, eorum conscientiam onerando, ut infirmos vita periclitantes opportunè iubeant ad mortem disponi. Coniuncti igitur et familiares cum viderint aliquem in mortis periculo constitutum, etiam absque iussione medici, ad suam paroeciam adeant, auxilia spiritualia pro infirmo demandantes. Hoc ipsum per charitatem facere in Domino hortamur eos omnes qui noverint infirmi periculum et assistantium incuriam.

312. Iustitiae ministri sub gravissimo peccato tenentur tempus concedere reis morti damnatis ad sua peccata confitenda et sacram Eucharistiam suscipiendam.

De Poenitentia.

313. Sacerdotes iurisdictione carentes et absque licentia Ordinarii, nequeunt valide a peccatis absolvere, nisi in articulo mortis.

314. Sacerdos in ecclesia confessiones audiat, excepta rationabili causa, quae, cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare.

315. Confessarii audire non debent mulierum confessiones post crepusculum vespertinum et ante auro-

ram, excepta necessitatis causa et de consensu Ordinarii.

316. Habeantur in ecclesia sedes ad confessiones excipiendo patenti, conspicuo et apto loco positae, crate perforatae et tenui velamine coopertae, inter poenitentem et sacerdotem. Prohibentur omnino portae et velamina in parte anteriori et superiori sedis confessionalis.

317. Talari veste, superpelliceo et stola violacei coloris ad suscipiendo in ecclesia confessiones sacerdos utatur, et inopinato casu saltem talari veste.

318. Episcopi perdiligerter curent, ut in approbandis pro munere confessario presbyteris, examinatores non sint personarum acceptores, sed cum omni prudentia, iustitia ac rectitudine procedant. Examine vero peracto, hanc facultatem nullo modo concedant, nisi iis qui scientiam, rectos mores, prudentiam et patientiam habeant atque animarum sollicitudinis indicia praebant.

319. Cum sacerdos, uti conscientiarum iudex, scire debeat quid possit et quid non possit, dioecesanum documentum quo de iurisdictione sibi tradita constet una cum constitutione *Apostolicae Sedis* et proprii Episcopi decreta prae manibus semper habeat, ad hoc ut cunctas reservations rite et opportune noscat. Nec minorem diligentiam ostendere tenetur in iis privilegiis ediscendis quae a Sede Apostolica Americae Latinae concessa fuerunt.

320. Ne confessarii hoc sublime ministerium in ruinam et perniciem vertant animarum, in memoriam eorum revocare volumus pontificiam constitutionem *Sacramentum poenitentiae*, editam a Benedicto XIV, cuius praescriptiones prae oculis habere debent omnes confessarii,

321. Confessarius monialium et foeminarum piarum congregationum, maturae aetatis sit oportet, probatae vitae et sufficienti scientia praeditus; versatus quoque in rebus spiritualibus, prudens, charitate et patientia eximius, et speciali licentia Episcopi instructus.

322. Gravissimi muneri sui partes non implent, immo vero, gravioris criminis reos sese faciunt confessarii, qui nulla tacti sollicitudine, poenitentes tantum audiunt, non monent, non interrogant, sed expleta criminum enumeratione, absolutionis formam illico proferunt. Poenitentes igitur omnes, paterna excipient benignitate, ac vinum et oleum in eorum vulneribus infundant. Comites se exhibeant, iis potissime quibus, ut tam salutare sacramentum frequentent, animus addendus est, viris praecipue et iuvenibus. Attente et sedulo videant, quando et quibus differenda vel denganda sit absolutio, ne imprudenti benignitate, crudeles evadant in eos qui in proxima graviter peccandi occasione libere et sponte versantur, eis facile, nondum dimissa occasione, absolutionem elargiendo; vel omni quo possint modo, ad odia deponenda, aut restitutiones faciendas non urgendo. Si vero aliqui non satis dispositi ad sacramentum accesserint, muneri suo pariter satisfecisse minime credant confessarii, si poenitentes huiusmodi sine absolutione dimittant. Ipsi enim eos disponere omni caelo tenentur, ne videlicet absolutione acerbe negata, animo cadant et a sacramenis abstineant. Et hanc cautelam cum viris quidem et iuvenibus sciant esse magis necessariam.

323. In sacro Poenitentiae tribunali iudex rectus confessarius sit, absque personarum acceptione, ideoque pauperes et humiles minime despiciat, nec divites tantum potentioresque huius saeculi affabiliter admittat. Pater

omnibus sese exhibeat, eos recipiendo summa mansuetudine, sufferendo patienter tarditatem eorum, imbecillitatem, inscitiam aliasque imperfectiones. Sciat condolere iis qui ignorant et errant; eos necessaria edoceat, vacillantes instruat, timidos confirmet, haerentibus et pro verecundia et metu tacentibus animum addat, nec ordinario quemquam corripiat obiurgetque, qui non antea peccata omnia exposuerit. Memoria semper retineat verba Domini nostri Iesu Christi, cuius vices gerit: *Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent: non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam*¹.

324. Sacerdotes ad audiendas sacramentales confessiones approbati frequenter accedant ad sedem confessionalem, ut in hoc sacro ministerio parochis et fidelibus promptum et facile praestent auxilium. Nullus sacerdos poenitentem inauditum dimittere audeat eo quod ad alium accessit confessarium; sacerdotes enim, nulla unquam ratione, poenitentes impedire possunt, ut quotiescumque velint ad alium confessarium libere accedant.

325. Confessarius paterna benignitate poenitentem adiuvet, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota infausta illa quorumdam verecundia, qua praepediti, suadente diabolo, peccata ministro Christi declarare non audent. Si poenitens numerum et species ac circumstantias explicatu necessarias non expresserit, eum sacerdos prudenter interroget; sed caveat ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, praesertim iuniores utriusque sexus; caveat pariter ne alias de eo quod ignorant imprudenter interrogans, scandalizet, indeque peccare discant, sique odiosa evadat confessio sacramentalis.

¹ Luc. v, 31-32.

326. Salutarem et convenientem satisfactionem iniungat, habita ratione status, conditionis, sexus et aetatis necnon dispositionis poenitentium. Videatque ne pro peccatis gravibus levissimas poenitentias imponat, ne forte peccatis quodammodo connivens, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novae remedium vitae et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum castigationem. Rarius autem, vel serius confitentibus vel in peccata facile recidientibus, utilissimum fuerit consulere, ut saepe, puta semel in mense, vel certis solemnibus diebus, confitentur et si rite dispositi communicent.

327. Sapientissima lege constitutum est, ut peccata in confessione ministro Christi exposita, aeterno premantur silentio. Confessarius itaque, a quacumque infractione sigilli, quae severissimis Ecclesiae poenis et ipso iure naturae condemnatur, cautissime abstineat; non solum cum aliis clericis vel laicis colloquendo, sed etiam concionando, dum vitia reprehendit, qua maxima potest sollicitudine caveat, ne locus adsit suspicandi ipsum scientia ex huiusmodi sacramenti administratione hausta abuti.

328. Parochus meminisse debet potissimas esse munieris sui partes aegrotantium curam habere. Quare cum noverit quempiam ex fidelibus suae curae commissis graviter aegrotare, non expectabit ut vocetur; sed ultiro ad illum accedat, ac totus incumbat ut peccatorum suorum poeniteat, et per sacramentalem confessionem conscientiam purificet. Prudenter autem provideat, iuxta probatos auctores, ea quea ante confessionem facienda sunt cum concubinariis publicis vel occultis vel cum civiliter tantum coniugatis, cum iis qui ad restitutionem tenentur, etc.

329. Meminerint confessarii locorum ubi inveniuntur Indi hispanicae linguae ignari, quemlibet sacerdotem teneri omnino sufficienter callere sermonem, in quo confessiones excipit. Ad quod prae oculis habeant gravissima monita et decreta S. C. de Prop. Fide 17 Martii 1760; 2 Augusti 1762; 22 Iulii 1883.

330. Cum ad peccata confitenda accedat poenitens, qui constitutionem politicam apud nos vigentem, seu leges quae audiunt de *Reforma*, propter officium vel aliam quamcumque causam tueri promiserit, confessionem praecedere debet retractatio scripta, vel saltem oralis, prudenter et suaviter obtainenda, iuxta normas a probatis auctoribus traditas.

331. Confessarius, iudex rectus, libere et integre agere debet: ut igitur convenientem culparum medicinam morbis afferre possit, nulloque affectu quominus id praestet impediatur, haec Synodus severissime interdit confabulationes cum foeminis, quae per viam spiritualem dirigit, et ne ullus confessarius quidquam a poenitente accipiat cum is ad sua peccata confitendum accedit, vel statim postquam ea confessus est, ita ut eius rei causa dari intelligatur.

332. Pueri cum ad aetatem discretionis pervenerint, pracepto confessionis tenentur. Parochi igitur summa prudentia illos instituant, ut confiteri assuescant et eorum confessio integra sit. Absit ut propter incuriam parochorum ad sacrilegas in posterum confessiones via ipsis paretur. Nulla omittatur cura, ut animae innocentis candor in ipsis servetur, ac per vitae sanctitudinem ad sanctissimam Eucharistiam suscipiendam ipsorum corda praeparentur.

333. Magnopere commendamus confessariis, ut etiam confessiones puerorum, in confessionali et ad

crates audiant; sed curet sacerdos ut poenitentes utriusque sexus separati maneant ex utroque lateri confessionalis.

334. Parochi eorumque vicarii, non tantum vocati, sed alias etiam, praesertim sabbatis et diebus qui praecipuis festivitatibus antecedunt, in confessionali sedeant ad audiendas confessiones parati. Tempore vero quadragesimali, ut huius muneric partes parochi facilius adimpleant, vicarios sacerdotesque adscriptos quotidie in confessionali ad audiendas confessiones sedere frequenter admoneant.

335. Ad normam Concilii Mexicani III, lib. 5, tit. 12, § 3, declaramus quod confessarii ab Episcopo approbati, si is obierit, in eadem facultate et auctoritate remanent, donec, sede vacante, a Vicario Capitulari aut ab Episcopo successore facultas huiusmodi limitetur aut revocetur.

CAPUT VI.

De Extrema Unctione.

336. Licet a quolibet presbytero collatum valeat hoc sacramentum, nemo tamen audeat illud ministrare praeter parochum, vel alium de eius licentia. Eo impedito, aut mortis periculo instante, quilibet sacerdos illud conferre potest, immo et debet.

337. Sacerdos hoc sacramentum ministratus superpelliceo, stolaque violacei coloris indu non omittat.

338. Unctio ad lumbos semper omittitur in foeminae et etiam in viris, qui ob infirmitatem vix aut sine periculo moveri non possunt. In viris autem, si fieri commode possit, hanc lumborum unctionem sacerdos laudabiliter faciet.

339. Antequam parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit, pro loco et tempore et adstantium numero, qualitate, septem psalmos poenitentiales cum litanis vel alias preces recitent, iuxta morem provinciae, dum Unctionis sacramentum administratur.

340. Crebris monitionibus, et publice et privatim, omnes suae curae creditos edoceant parochi, ne forte in errorem perducantur, quo plerique sentiunt sinistre de hoc sacramento, illud tamquam certum mortis nuntium existimantes. Hunc in finem, doctrinam de Extremae Unctionis natura, divina institutione ac effectibus solerter, planoque sermone exponant, fidelibusque persuadeant, ut salutare hoc aegrotantium remedium, ad illud tempus non differant, quo morbi vehementia adeo succreverit, ut omni sanitatis spe amissa, infirmus vita et sensibus carere incipit.

341. Ampullae, ubi sanctum Oleum asservatur, honesto ac tuto loco in ecclesia reponi debent; excepto casu necessitatis, iuxta decreta Sacrae Rituum Congregationis.

342. Unctioes, excepta necessitatis causa, non penicillo seu virga argentea, sed pollice fieri debent.

343. Infirmi, etiam Poenitentia mundati, Eucharistia refecti et Extrema Unctioe roborati, benigno tamen pastorum auxilio egent. Meminerint ergo parochi eorumque vicarii, se ex officio teneri omnes infirmos graviter decubentes praesertim morti proximos frequenter visitare. Attente igitur perpendant atque diligenter observent monita, omni sapientia ac pietate referta, quae ipsis in Ritu traduntur.

344. Tempus propinquae mortis, misericordiae atque indulgentiae tempus habendum est: ad luendas igitur,

vel saltem imminuendas poenas in Purgatorio sustinendas, recurrendum est ad indulgentias, praesertim cum aegroti sint in articulo mortis constituti. Et quia ex speciali indulto parochi apud nos eorumque vicarii, delegatam habent facultatem impertiendi Apostolicam Benedictionem in articulo mortis, numquam omittant hanc indulgentiam impetrare infirmis morti proximis, servato ritu praescripto.

345. Parochus infirmum hortetur et excitet ut, dum mente viget, actus fidei, spei, charitatis aliarumque virtutum eliciat; ut ex corde omnibus parcat qui sibi fuerint inimici; ut ab iis veniam postulet, quos aliquando offendit; ut quem patitur morbum in poenitentiam peccatorum patienter sufferat; utque eo quo potest modo saltem ex corde precetur. Imminente iam morte, admonito infirmo de suscipienda absolutione, illum frequenter absolvat, et ea omnia faciat, et preces recitet, quas pia mater Ecclesia instituit, et tam in Ritu quam in Breviario inveniuntur sub titulo: *Ordo commendationis animae*.

346. Infirmis autem, qui dum sana mente et integris essent sensibus Extremam Unctionem petierint, seu verisimiliter petiissent, aut dederint signa contritionis, etiamsi deinde loquela amiserint vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus praebatur. Aliis vero etiam peccatoribus quibuscumque, de quorum dispositione seu capacitate dubitari possit, Extrema Unctio sub conditione conferatur; sed si infirmus, dum phrenesi aut amentia laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino. Certo impenitentibus et eis qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et nondum baptizatis, penitus denegetur.

CAPUT VII.

De Ordine.

347. Unusquisque a proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri expostulet, nullatenus ei permittatur, nisi eius probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur, servatisque aliis de iure servandis.

348. Nemo Episcoporum, alterius subditum absque sui proprii Praelati expresso consensu aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros aut minores ordines promovere valet. Contra faciens subiacet poenis a iure statutis. Regulares quoque, non sine diligentí Episcopi examine ordinentur.

349. Accurate servetur constitutio *Speculatores Innocent. XII*, et nullus exterus ad ordines admittatur absque dimissoriis et testimonialibus litteris proprii Episcopi. Si quis vero, tacita reiectione a proprio Episcopo facta, ab extero Episcopo ordines fraudulenter suscipiat, ab eorum exercitio maneat suspensus.

350. Cum experientia constet nonnullos eorum qui sacros ordines ambiunt, huc illuc vagari, et ex uno collegio aut seminario in alterum saepius migrare solitos esse, statuimus ut Episcopi et seminariorum moderatores ab omnibus huiusmodi, praeter cetera requisita, exigant insuper litteras testimoniales a superioribus collegiorum et seminariorum subscribendas et secreto ac directe mittendas, in quibus constet de studiis perfectis; nec non a parochis vel probatae vitae sacerdotibus aliorum locorum in quibus per aliquod notabile tempus commorati fuerint, de vita et moribus certum tutumque testimonium.

351. Non frustra a patribus institutum fuit, ut de electione eorum qui ad regimen altaris sunt adhibendi, consulatur etiam populus. Canonicis igitur sanctionibus obsequentes, praecipimus, ut opportuno ante ordinationem tempore, uno saltem die festo, inter missarum solemnia, promulgentur nomina eorum qui promoveri postulant. Haec denuntiatio pro subdiaconatum suscepturis fieri volumus in ecclesia parochiali ad quam ipse ordinandus pertinet, vel ratione originis vel domicilii, ac in illis intra quarum ambitu a quatuordecim annorum aetate, saltem quatuor mensium mansionem fecerit. Sin autem clericus ad diaconatum, vel presbyteratum promovendus est, et post ultimum ordinem susceptum, nunquam de seminario egressus fuerit, denuntiatio etiam in propria paroecia ab Episcopo dispensari poterit.

352. Parochi autem, hac occasione, fideles moneant ut sincere et candide, humanae tamen conditionis non immemores, pro Deo et propter Deum pandant, si quid noverint quod aliquem ex ordinandis removendum a sacris ordinibus suadeat. In re vero tanti ponderis, omnes qui ex officio interrogati fuerint de scientia, moribus, idoneitate promovendorum, ex debitae obedientiae iure, animi sensus ex conscientia aperiant, nec Ecclesiae utilitatem Deique honorem humanae cuilibet conniventiae, assentationi aut obsequio posthabent.

353. Ut autem de idoneitate ordinandorum Episcopo facilius constet, praecipit haec synodus, ut Episcopi sive in synodo dioecesana sive extra, examinatores eligant, eosque subiiciant praescriptionibus Concilii Mexicanii Tertii §§ II, III, IV, V, VI, tit. IV, lib. I. *De exam. ordin. praemittendo.*

354. Qui, omnibus mature perpensis, ad suscipiendos ordines maiores approbati fuerint, per decem

dies spiritualibus exercitiis vacabunt. Qui ad primam tonsuram, vel ad minores ordines tantum fuerint admissi, saltem per quinque dies exercitia peragant, ut vocationem suam coram Domino expendant, et ad ordinem digne suscipiendum sedulo praeparentur.

355. Cum vero minime deceat eos qui divino ministerio sunt adscripti cum ordinis dedecore mendicare aut sordidum quaestum exercere, nemo ad sacros ordines promoveatur, quin ei, iuxta ecclesiasticas sanctiones, de congruo sustentationis titulo provisum fuerit, sive beneficium, sive capellania collativa, sive patrimonium, sive pensio sit, nisi veniam obtinuerit ab Apostolica Sede. Quoad vero patrimonium summo studio curetur, ne qua fraus, fallacia, collusio, aut turpis conditio in illo constituendo admittatur. Mandamus ergo, iuramentum de patrimonio rite ac recte constituto deque eius redditibus in clerici ordinandi utilitatem derivandis tum ab eo qui patrimonium assignat, tum ab ipso clero praestari et in actis consignari. Ecclesiae Mexicanae praxis de ordinibus conferendis titulo administrationis approbata fuit a S. C. Concil. sub die 21 Junii 1879.

356. Certum omnino est, indos, nigros, omnesque ab illis, sive per paternam, sive per maternam lineam descendentes ab ordinibus prohiberi non posse, si ceteris dotibus a sacris canonibus requisitis, gaudent. Cum his tamen caute et ex delectu agendum est, ut iam patet ex Conc. Mexicano Tertio, lib. I, tit. IV, § 3.^o *De vita, fama et moribus ordinandorum.* Non facile vero dispensatio est concedenda iis qui defectu natalium, ab ordinibus impediuntur, ne crimen nostro clero inferatur ab Ecclesiae inimicis.

357. Prima tonsura non initietur, qui sacro christmate minime signatus, vel fidei rudimentis non instru-

ctus ac legendi scribendique peritus non sit; nec potissimum illi de quo probabilis conjectura non sit, eum ut Deo fidelem cultum praestet, hoc vitae genus elegerisse. Ad minores ordines admitti nequeunt, qui latinam linguam non intelligent, quique in studiis pro aetate et tempore quo scholas frequentant haud satis profecisse constiterit, et: quantum fieri poterit, ecclesiastici cantus rudimentis instructi sint. Ad subdiacanatum et diaconatum non ascendant, qui in litteris et philosophicis disciplinis et in notabili theologiae parte non sint competenter instructi, et in cantu ecclesiastico periti.

358. Cum iuxta Tridentini decretum, ad Presbyteratus ordinem assumendi non sint, nisi qui ad populum docendum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem et ad ministranda sacramenta, diligentem examine idonei comprobentur; praecipimus ut nullus ad presbyteratum admittatur, nisi saltem moralis theologiae cursum compleverit.

359. Clerici in sacris ordinibus constituti se sub gravi peccato obstrictos esse intelligent ad coelibatum servandum, et ad breviarium quotidie recitandum.

360. In memoriam confessariorum revocamus salutarem S. Alphonsi M. de Liguorio doctrinam circa absolutionem negandam clero qui, quamvis post iteratum lapsum sincere sit conversus ad Deum, ideoque ad sacramentum Poenitentiae dispositus, sacram ordinem statim suscipere persistat, quin habitum continetiae contraxerit, et sui dominium corporis experimento probaverit.

361. In conferendis ordinibus maioribus, accurate serventur temporum interstitia, nisi Episcopo, attenta facultate in prima solitarum contenta, aliud magis expedire videatur.

362. Neopresbyteri, accepta ab Episcopo licentia, primam missam cum ecclesiastica solemnitate celebrare possunt ad aedificationem et consolationem fidelium. Tam solemnem vero diem, nolint mundano profanare strepitu, aut sumptuoso prandio et vanitatibus, quae saeculi pompam redolent atque a sanctitate sacerdotali aversantur; sed potius vera pietate, pia animi recollectione, eleemosynis pauperibus elargiendis, ac demum sincera ipsorum aliorumque sibi commorantium devotione sanctificant.

363. Cum inter multiplices necessitates a nobis praevidentias quam maxime locum teneat ministrorum paucitas, et cum aliunde secundum sacrosancti Concilii Tridentini desideria, pauperum filii praecipue eligendi sunt ad ecclesiasticum ministerium, hortamur sacerdotes, parochos praesertim, ad subveniendum talium puerorum educationi, patris officia erga illos exercentes; pios quoque fideles qui bonis huius saeculi abundant, enixe rogamus, et a parochis rogari volumus, ut in auxilium sanctae matris Ecclesiae veniant et honorem Deo nostro de sua substantia tribuant, aliquid ex ipsa insumentes in adiutorium pauperum iuvenum qui studiis vacant, et ad sacerdotium exercendum praeparantur, aliorumque qui egestatis causa id ipsum facere nequeunt.

364. Nullus clericus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarii litteris ab ullo Episcopo ad divina celebranda et sacramenta ministranda admitti debet.

CAPUT VIII.

De Matrimonio.

365. Parochi doceant fideles ipsum contractum nuptiale coram parocho et testibus a Concilio Tridentino praescriptum constituere proprie ac vere Matrimonii sacramentum. Aliam quamcumque christianorum unionem esse prorsus illicitam ac irritam coram Deo et Ecclesia; et inter fideles matrimonium existere non posse quin uno eodemque tempore sit sacramentum. Leges autem civiles nullam quoad christianorum matrimonium auctoritatem habent, nisi ad quosdam effectus civiles coniugalis societatis determinandos; contractum vero ipsum et sacramentum nullo modo attingere possunt. Ad vitanda vero mala graviora et ad civiles consequendos effectus, non tantum licet, sed etiam oportet ut coram auctoritate civili sponsi se sistant, ut in publico etiam registro eorum inscribatur matrimonium.

366. « Praedicator castitatis, ut ait S. Ambrosius, non sit conciliator nuptiarum »; propterea parochi certique sacri ministri minime sese immisceant in negotiandis nuptiis: hinc enim oriri solent gravia incommoda sacro ministerio animarumque bono non parum obfutura.

367. Praemoneantur adolescentes de familiari cum altero sexu conversatione, ne fallax amicitia et humana fragilitas ad peccatum seducat, diurno remorsu conscientiam afflicturum; adolescentiae vero, falsis pollicitationibus aurem minime praebant, ne nuptiarum spe deceptae in libidinis laqueos inducantur. Hortentur ne amores, ut vocant, pluribus annis, nedum mensibus,

362. Neopresbyteri, accepta ab Episcopo licentia, primam missam cum ecclesiastica solemnitate celebrare possunt ad aedificationem et consolationem fidelium. Tam solemnem vero diem, nolint mundano profanare strepitu, aut sumptuoso prandio et vanitatibus, quae saeculi pompam redolent atque a sanctitate sacerdotali aversantur; sed potius vera pietate, pia animi recollectione, eleemosynis pauperibus elargiendis, ac demum sincera ipsorum aliorumque sibi commorantium devotione sanctificant.

363. Cum inter multiplices necessitates a nobis praevidentias quam maxime locum teneat ministrorum paucitas, et cum aliunde secundum sacrosancti Concilii Tridentini desideria, pauperum filii praecipue eligendi sunt ad ecclesiasticum ministerium, hortamur sacerdotes, parochos praesertim, ad subveniendum talium puerorum educationi, patris officia erga illos exercentes; pios quoque fideles qui bonis huius saeculi abundant, enixe rogamus, et a parochis rogari volumus, ut in auxilium sanctae matris Ecclesiae veniant et honorem Deo nostro de sua substantia tribuant, aliquid ex ipsa insumentes in adiutorium pauperum iuvenum qui studiis vacant, et ad sacerdotium exercendum praeparantur, aliorumque qui egestatis causa id ipsum facere nequeunt.

364. Nullus clericus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarii litteris ab ullo Episcopo ad divina celebranda et sacramenta ministranda admitti debet.

CAPUT VIII.

De Matrimonio.

365. Parochi doceant fideles ipsum contractum nuptiale coram parocho et testibus a Concilio Tridentino praescriptum constituere proprie ac vere Matrimonii sacramentum. Aliam quamcumque christianorum unionem esse prorsus illicitam ac irritam coram Deo et Ecclesia; et inter fideles matrimonium existere non posse quin uno eodemque tempore sit sacramentum. Leges autem civiles nullam quoad christianorum matrimonium auctoritatem habent, nisi ad quosdam effectus civiles coniugalis societatis determinandos; contractum vero ipsum et sacramentum nullo modo attingere possunt. Ad vitanda vero mala graviora et ad civiles consequendos effectus, non tantum licet, sed etiam oportet ut coram auctoritate civili sponsi se sistant, ut in publico etiam registro eorum inscribatur matrimonium.

366. « Praedicator castitatis, ut ait S. Ambrosius, non sit conciliator nuptiarum »; propterea parochi certique sacri ministri minime sese immisceant in negotiandis nuptiis: hinc enim oriri solent gravia incommoda sacro ministerio animarumque bono non parum obfutura.

367. Praemoneantur adolescentes de familiari cum altero sexu conversatione, ne fallax amicitia et humana fragilitas ad peccatum seducat, diurno remorsu conscientiam afflicturum; adolescentiae vero, falsis pollicitationibus aurem minime praebant, ne nuptiarum spe deceptae in libidinis laqueos inducantur. Hortentur ne amores, ut vocant, pluribus annis, nedum mensibus,

ante matrimonium inconsiderate donis colant et familiaritate, quae, si speculative absque flagitio existere potest, in praxi tamen flagiti certe periculo et suspicione non vacat; neve in eadem domo cohabitent, nec simul maneant nisi praesentibus et videntibus propriis parentibus.

368. Parochi, quantum in ipsis est, adolescentulis suadeant ne fidem suam de futuro connubio obligent, nisi sub conditione in facie Ecclesiae contrahendi. Moneantur itidem filii familias ne, parentibus insciis, aut iuste reluctantibus matrimonium contrahere promittant, nam etsi absque illorum consensu contractum, validum sit coniugium, semper ab Ecclesia detestata fuit haec agendi ratio, ex qua perturbationes et dissidia in familiis oriri solent. Eo magis hoc consulendum est, cum de iure civili, consensum parentum, si aetas postulet, impetrare iubentur filii et absque illo contrahere prohibentur. Moneantur quoque parentes ne unquam, nisi gravissimis de causis, filios suos a matrimonio prohibeant, sed ea prudenter consilient quae in Domino ipsis expedire videantur, libertatem filiorum non cohibentes.

369. Itidem ex decreto Concilii Tridentini, ante matrimonium ter in singulis contrahentium parochiis, tribus continuis diebus festivis a proprio parocho inter missarum solemnia denuntietur, et ab eodem parocho subditi moneantur, ut si ad alicuius notitiam aliquod pervenerit impedimentum, quamprimum patefiant. Denuntiationes huiusmodi nequaquam omittantur, nisi ex dispensatione Episcopi aut Vicarii Generalis quando legitima iudicetur causa. Instante vero mortis periculo, et ubi Ordinarii decretum expectari non potest, denuntiationes praedictas praetermitti concedimus. Pa-

rochus autem de hac omissione notitiam ad Ordinarium mittere tenetur.

370. Non omittant parochi populum edocere quantum Ecclesia abhorreat a matrimoniis inter cognatos et affines. Talia enim matrimonia, mutuae reverentiae quam cognati et affines sibi debent, repugnant; latorem ambitum morum corruptelae reserant; et bono proli physico, experientia teste, quam maxime nocent. Et cum nonnulla sint impedimenta a quibus Apostolica Sedes, vel numquam, vel raro admodum dispensare solet, mature et omni diligentia curet parochus, ut quam citius a proposito desistant qui eiusmodi impedimentis irretiti de ineundo matrimonio pertractant.

371. Frustra sacri canones matrimonia promulgari mandarent, nisi fideles ad aperienda impedimenta quae noverint, tenerentur. Omnia itaque, etiam secreta et dubia, vel quae probari non possint, illico patefiant. Sciant gravi peccato obnoxios esse, et qui dolose reticuerint et qui e contra confictum aliquod impedimentum non exhoruerint malitiose obiicere. Ne autem eadem haec impedimenta matrimonii, ex ignorantia reticeri contingat, haud omittant parochi aliquoties, gravi et prudenti sermone et methodo, ea populo exponere.

372. Cum non raro contingat, praesertim inter ruricolas et indigenas, ut quidam viri effrenata libidine ducti mulieres rapiant, ut eas in uxores ducant; ad tantum malum coercendum, opportunum iudicamus in memoriam confessariorum et rectorum animarum revocare decretum Concilii Tridentini quo statuit¹: *Inter raptorem et raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod*

¹ Sess. 24, de reform., cap. 6.

si rapta a raptore separata, et in loco tuto et libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat, et nihilominus raptor ipse ac omnes illi consilium, auxilium et favorem praebentes, sint ipso iure excommunicati ac perpetuo infames omniumque dignitatum incapaces, et si clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur praeterea raptor mulierem raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter, arbitrio iudicis, dotare. Omnibus ad quos pertinet, huius executionem decreti maxime commendamus.

373. Meminerit parochus quaenam sint canonica impedimenta matrimonii contrahendi, et quae contractum dirimant; quinam sint gradus consanguinitatis, affinitatis, et cognationis spiritualis ex Baptismi vel Confirmationis sacramento contractae.

374. Quoad inquisitionem a sacrosancta Tridentina Synodo praescriptam, de libertate ac idoneitate matrimonium contrahentium, servetur in ordine ad testes quod statutum fuit in III Concilio Mexicano: *De hoc autem ab his inquiratur, qui contrahere volentes, ante bene cognoverint, nisi attenta aetate eius, qui ad matrimonium recipi cupit, iudici videatur de longiori, vel breviori tempore inquirendum. Ad inquisitionem autem huiusmodi, si opus sit, officiales litteras det requisitorias, ex quibus in partibus, ubi contrahentes sint orti, inquisito fiat*¹.

375. Cauta et diligenter parochus testes interrogare debet. Si agatur de consanguinitatis vel affinitatis impedimento, sufficit ut testis deponat se illud audisse a duobus fide dignis et maxime a consanguineis sponsorum.

¹ Lib 1, tit. 8, § 22.

376. Parochi vel eorum vicarii, per se ipsos iuramentum et declarationes matrimonii contrahentium et testium et parentum in casu, nullo praesente amanuense, excipient et in scriptis referant. In hoc illorum conscientiam graviter oneratam esse sciant, quoniam impedimenta communiter reticentur, quia alias quam sacerdos interrogat vel adest. Verumtamen, fiat interrogatorium in loco ita disposito, ut voces non audiantur, sed personae oculis adstantium pateant.

377. Diligenter curent parochi, ut nullus ex fidelibus sibi commissis matrimonium ineat quin satis instructus appareat in doctrina christiana, ita ut futuram prolem rite in ea erudire valeat. Omnes, igitur, christianam doctrinam ignorantes, qui proxime matrimonio iungendi sunt, instruendos provideant de iis omnibus quae ad tantum pertinent sacramentum, imo de integro catechismo.

378. Parochi sedulo adlaborabunt, ut sponsi antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii celebrationem, sua peccata diligenter confiteantur, ut novum statum novi aggrediantur homines, atque ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pie accedant.

379. Matrimonium celebretur in ecclesia parochiali; in aliis vero ecclesiis, solum ex licentia parochi. Pro celebratione in oratoriis privatis, aut vespere, legitima et gravis causa requiritur ab Episcopo approbata. Quia in re prae oculis habeatur decretum S. R. C. *in una Barcinonen.*, 31 Augusti 1872.

380. In bannorum publicatione, nomina et cognomina contrahentium et parentum ipsorum adnotentur, quin exprimatur origo legitima vel illegitima, et alia huiusmodi, quae directo vel indirecto modo, tam eisdem quam aliis infamiam afferant.

381. Parochi ad matrimonii celebrationem non facile ac promiscue admittant fideles, qui quoniam lege arcentur, ad civilem actum dein non admitterentur, ac proinde non haberentur ut legitimi coniuges. In hisce rebus multa cautela uti debent parochi, et Ordinarii consilium exposcere eis mandatis stare; et in gravioribus casibus ad sacram Poenitentiariam Apostolicam recurrendum erit.

382. Solemnitates nuptiarum a Dominica prima Adventus usque ad diem Epiphaniae et a Feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschatis inclusive, prohibitae sunt. Matrimonia autem Indorum celebrari, eorumque nuptiae libere ac licei benedici possunt huiusmodi temporibus, ex speciali privilegio, excluso tamen pompa apparatu.

383. Si matrimonium celebretur praedicto feriato tempore, vel ex Episcopi licentia vespertinis horis, sponsi benedictionem nuptialem haud accipere debent; sed dimittantur stricte peractis caeremoniis et precibus in Rituali praescriptis. Curet tamen parochus ut sponsi alio die, in ecclesiam ad benedictionem accipiendam se conferant.

384. Parochi prae oculis habeant decretum S. Officii, 31 Augusti 1881, ubi dicitur: *Benedictionem nuptialem, quam exhibet Missale Romanum in Missa pro sponso et sponsa, semper impertiendam esse in matrimonii catholicorum, infra tamen missae celebrationem, iuxta rubricas, et extra tempus feriatum, omnibus illis coniugibus, qui eam in contrahendo matrimonio quacunque ex causa non obtinuerint, etiamsi petant postquam diu in matrimonio vixerint, dummodo mulier, si vidua, benedictionem illam in aliis nuptiis non acceperit. Insuper hortandos esse eosdem coniuges catholicos, qui benedictionem sui matri-*

monii non obtinuerunt, ut eam primo quoque tempore petant; significandum vero illis, maxime si neophyti sint, vel ante conversionem ab haeresi valide contraxerint, benedictionem ipsam ad ritum et solemnitatem, non vero ad substantiam et validitatem pertinere coniugii.

385. Sciant parochi vagos, id est, qui nullum vel incertum habent domicilium, contrahere teneri coram parocho loci in quo actu inhabitant. Et Concilium Tridentinum prohibit ne vagi ad contrahendum admittantur, nisi prorsus constet de statu eorum libero. Id vero non fiat nisi de Episcopi licentia.

386. Parochus, exterorum matrimonio, licet iam domicilium habeant, assistere non debet, nisi obtento prius valido testimonio de collato baptismate, et de libera eorum conditione. Sed in his omnibus Episcopi consensus requiratur.

387. Omnibus huius provinciae sacerdotibus in memoriam revocamus constantem Ecclesiae legem, quam Summi Pontifices non desierunt inculcare; vetari scilicet matrimonia catholicorum cum acatholicis, dum sanctitas sacramenti postulet, ut uterque fide et aliis animi dispositionibus gratiae sacramenti suscipienda idoneus sit, et plura graviaque incommoda et mala ex huiusmodi connubiis saepe sequantur, discordia, nempe domestica et catholicae partis et prolis perversio. Quod si in aliquo casu particulari rerum adiuncta et cause legitimae suadeant ea esse permittenda, tunc, antequam apostolica dispensatio postuletur, in primis curandum erit, ut conscientiae securitati et libero religionis exercitio a catholica parte consulatur, sicut et prolis utriusque sexus in fide catholica educationi, solemnii coram Deo promissione iis de rebus emissis, quae duplex promissio seu cautio canonica utpote de iure divino omitti

non potest. Obtenta autem dispensatione, parochus, omissis ritibus sacris iuxta instructiones et decreta S. Sedis, huiusmodi mixtis nuptiis legitime assistere poterit.


388. Convivia minus sobria, quibus saepe contami-
nari solet nuptialis laetitia, prudenter eliminanda carent
parochi, et ad salutarem moderationem christiano co-
niugio dignam reducere. Sacerdotes vero nuptialia con-
vivia et comessationes devitent.

389. Parochorum pietatem et religionem vehementer
excitamus, ut pastoralem charitatem in coniugatos pru-
denter et fideliter exerceant. Quae Petrus, apostolorum
princeps et Paulus doctor gentium divino afflante Spiritu,
de matrimonii dignitate et officiis scripta reliquerunt;
illis explicit, ac moneant ut mutua benevolentia et
charitatis vinculo, sese perpetuo obstringant atque ab
omni acerbitate et iniuria abhorreant, sibi invicem
donantes et parcentes si quid adversus alium habeant,
et caste vivant utpote a Deo vocati non in immundi-
tiam, sed in sanctificationem. Moneant etiam quam
maxime de gravissima obligatione filios educandi in
timore Domini, ut a pueritia religiose sancteque vivant,
eosque pro cuiusque gradu et conditione, vel litterarum
aut scientiarum studiis, vel honesto aliquo artificio ma-
ture instituantur.

390. Grave eorum scelus est, qui cum scandalo
publice in concubinatu vivunt; gravissimum vero eorum
qui, cum coniuncti sint matrimonio, sacramento iniuriarum
irrogantes fidemque violantes quam coniuges invi-
cem servare debent, in hoc nequissimo vitio versantur.
Eamque ob causam, Tridentinum Concilium, ut huic
tanto malo opportunis provideret remediis, statuit:
« Huiusmodi concubinarios, tam solitos quam uxoratos,

cuiuscumque status, dignitatis et conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum con-
suetudine non seiunixerint, excommunicatione feriendos
esse, a qua non absolvantur, donec re ipsa admonitioni
factae paruerint. Quod si in concubinatu per annum,
censuris neglectis, permanserint, contra eos ab Ordinariis
severe pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, sive
coniugatae, sive solitae, quae cum adulteris seu concu-
binariis publice vivunt, si ter admonitae non paruerint,
ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio
graviter pro modo culpa puniantur, et extra oppidum
vel dioecesim si id eisdem Ordinariis videbitur, invocato,
si opus fuerit, brachio saeculari, eiificantur: aliis poenis
contra adulteros et concubinarios inflictis in suo robore
permanentibus »¹. Huius Concilii Tridentini decreti exe-
cutio quoad possumus valde Episcopis commendamus.

¹ Sess. 24, de ref. cap. 8.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS


TITULUS V.

DE SACRAMENTALIBUS

CAPUT UNICUM.

391. Cum permagna sit utilitas quae ex sacramentalibus procedit, parochi accurate fideles erudire tenentur, ut eis religiose et fructuose utantur. Valde enim deploranda est multorum fidelium ignorantia et indifferentia circa Sacramentalia: idcirco sacrorum ministris competit hac etiam in re devotionem fidelium non verbis tantum sed exemplis praesertim excitare.

392. Quae sacramentalia dicuntur, communiter hoc versiculo theologi comprehendunt: *Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens*. Optandum est, ea a parochis et concionatoribus singulatim explanari.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS VI.

DE INSTITUTIONE CLERICORUM.

CAPUT I.

De Seminariis.

393. Seminaria iam erecta, et quae in posterum erigi debent, normis a Tridentina Synodo statutis omnino subiiciantur; ideoque eorum regimini et administrationi praeesse debet Episcopus cum consilio deputatorum. In his vero collegiis iuvenes et adolescentes recipiantur, quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros.

394. Curent Episcopi ut intra eiusdem Seminarii muros, divisiones peragantur secundum aetatem, numerum et progressum alumnorum, praecipuam diligentiam adhibentes, ut qui iam clericali vita iniciati fuerint omnimode ab aliis segregati maneant, et specialibus legibus regantur, quibus providendum est ad eorum incrementum in charitate erga Deum et proximum.

395. Seminarii rector, cui ceteri moderatores subiici debent, ab Episcopo de consilio deputatorum semper est nominandus.

396. Officiales duo constitui debent, quorum unus disciplinam et externum ordinem regat, et alter in rebus spiritualibus sit praefectus, sed ambo generali rectori subiiciantur in omnibus.

397. Inter professores ecclesiastici tantum admittantur, et tali virtute praediti, ut tamquam veri magistri scientiae et virtutis habeantur, non tantum verbis, sed exemplis potissimum sanctae conversationis. Ubi vero necessitas urgeat, pro scholis inferioribus, etiam laicos, dummodo christianis moribus praestent, adhiberi permittimus.

398. Praedicti professores ab Episcopo etiam de consilio deputatorum nominandi sunt, et etiam ad nutum ipsius removeri possunt. Verum ad melius studiorum incrementum, diuturnum magisterii exercitium perutile existimamus.

399. Ad bonum promovendum circa ea omnia, quae ad conscientiae tranquillitatem et spiritualem alumnum processum referuntur, volumus et mandamus ut in posterum non omnibus indiscriminatim licentia concedatur ad confessiones illorum audiendas: ideoque coelestis doctrinae pabulum exspectent ab his quorum doctrina et experientia suffulti, ad perfectionis apicem quotidie et pro viribus tendant. Confessarii vero istiusmodi, per viscera misericordiae Dei adhortamur: hisce S. Caroli Borromaei verbis: « Studeat in omnium mentibus « maximum animarum zelum, propriae voluntatis abne- « gationem, veram obedientiam, paternam charitatem « inserere, internascentia opimorum beneficiorum vel « divitiarum desideria salutaribus monitionibus extin- « guat, quoslibet etiam illis de rebus sermones prohi- « beant; solam denique illis Dei gloriam et anima- « rum salutem procurandam esse doceat et expe- « tendam »¹.

400. Prohibemus ne alumni clericali vita initiati, finito scholari cursu, ad proprios lares redeant. Verum

¹ Institut. Seminar., p. 2, cap. 4.

ubi facultates non sufficient ad illos per omne tempus sustinendos, nec rusticationis domus habeatur, ut oporteret, detur quidem venia ad suos deveniendi; sed omnino caveatur, ne pietatis et scientiae fructus evanescent. Appositis igitur litteris a rectore commendentur singulis propriis eorum parochis, ut super totam eorumdem agendi rationem per se et per alios invigilent; et dum tempus advenit ad Seminarium redeundi, litteris parochiali sigillo munitis rectori significetur quidnam in singulis capitulis, quae in commendatitiis epistolis expressa fuerunt, aliisque etiam in rebus excessus extiterint, vel defectus.

401. Haec synodus existimat prorsus necessarium in primis esse, ut opportunis et ad rem apprime facientibus constitutionibus Seminaria regantur, tum quoad morum disciplinam, tum quoad studiorum materiam et ordinationem. Unde decernimus existentium constitutionum accuratam revisionem fieri, et si quae corrigenda, vel reformanda, vel augenda sunt, quam primum ad huius Concilii normam et ad propositum finem aptari, et quae opportuniora videantur constituere, tum circa officia et munera moderatorum, rectoris scilicet, prorectoris, praefecti spiritualis, praefecti disciplinae, professorum et oeconomi, tum circa disciplinam, tum etiam circa cetera omnia quae ad alumnos spectant, ut uniformi regula ordinari possint. Item optandum oret, ut in ipsis rebus unitas in singulis provinciae diocesibus servaretur.

402. Seminaria exempta sint a parochorum iurisdictione, et Episcopis immediate subjecta.

403. Cum maxime praestet, ad virtutes fovendas, castitatis praesertim et pietatis, Congregationem instituere sub titulo B. V. Mariae et S. Aloysii Gonzagae,

peroptamus ut in cunctis seminariis et collegiis, servatis de iure servandis, praedicta erigatur Congregatio et Primae Primariae in Urbe aggregetur, ad participandum de bonis spiritualibus dictae Primae Primariae concessis; et ubi iam sit erecta et aggregata, conservetur ac foveatur.

CAPUT II.

De ratione studiorum et de gradibus academicis.

404. Cum labia sacerdotis custodire debeant scientiam, et legem populi requirant ex ore eius, ad tanti honoris ac dignitatis fastigium progredientibus quam maxime congruit, ut non modo ea quae ad rectam et fructuosam dispensationem mysteriorum Dei stricte necessaria sunt, diligenter ediscant, verum etiam disciplinas et artes, quae muneri sacerdotali permagnum decus et splendorem afferunt, totis viribus studeant comparare. Quapropter, in nostrae provinciae seminariis sequentibus studiis operam navari intendimus et statuendum duximus ab iis qui ad sacerdotium contendunt. In primis, quoad linguarum peritiam, hispanicae scilicet, latinae, graecae, hebraicae, gallicae et anglicae. Matheseos quoque scientiae, physicae, geographicae, cosmographicae et philosophicae. Historia ecclesiastica nationalis et universa eorumdem cultui detur. Item Ars rhetorica et eloquentia sacra. Theologicam scientiam, tum dogmaticam, cum moralem omnibus omnino sacerdotibus etiam rudioribus necessariam, assidue adipisci conentur, necnon asceticam et mysticam. Ius naturae et canonicum, sacram liturgiam, ecclesiasticum computum et cantum choralem more romano sequen-

CAPUT II. - DE RATIONE STUDIORUM ET DE GRADIBUS ACADEMICIS. 135

dum. Ad sacrae Scripturae studium etiam quam diligenti animo se conferant alumni.

405. Studiis praeviis adhuc vacantibus, ubiores cathechismi et religionis christianaee explanationes gradatim tradantur.

406. Summa diligentia lingua latina, quae est Ecclesiae propria addiscatur; sed non tantum grammaticalia delibent discipuli, verum etiam sic exercitentur oportet, ut latine loqui et scribere facile correcteque valeant; ideoque mandamus, ut quae explanationes in schola latino sermone exprimi possunt, ita quotidie fiant. Aurea D. Thomae Aquinatis philosophica doctrina, toties a SS. D. N. P. Leone XIII commendata, praeципue vero Encycl. « *Aeterni Patris*, » uti excellentior atque ad hodiernos errores profligandos magnopere aptior, adamussim exponatur.

407. In re theologica eiusdem D. Thomae Aquinatis angelica doctrina diligentissime atque instanter perquiratur, et ad proxim seu in re morali eam reduci volumus iuxta mentem et germanas S. Alphonsi M. de Liguori institutiones. Horum etenim doctrinas Romani Pontifices super alias omnes commendaverunt, omniq[ue] honore ac laude maiores existimarunt.

408. In his vero disciplinis scholastica methodus adhibeat, ita tamen ut discipuli, technica verba perfecte dignoscentes, ea quoque ad communem sermonem vertere possint; sic etenim aliis, etiamsi non versatis, proprias notiones rite communicare valebunt.

409. Cum verbi divini praedicatio diuturnam et studiosam praeparationem exigat, praecepimus ut in nostris Seminariis studio eloquentiae sacrae et theorice et practice maxima adhibeatur cura.

410. Episcopis de consilio deputatorum tempus et

ordinem designare competit quibus memorata studia perficiantur, et alia quoque prudenter superaddere possunt, si opportunum videatur; et Seminarii moderatorum etiam accepto consilio, textos exponendos tradere eorumque stabilitati prospicere.

411. Episcopo quospiam excusatos habere liceat ab uno vel pluribus studiis ad ministerium haud omnino necessariis, salvo proinde regulari et integro curriculo philosophico et theologico.

CAPUT III.

De ecclesiasticis studiis, elapsis Seminarii curriculis indesinenter perficiendis.

412. Cum doctrina sine vita superbum faciat et vita sine doctrina inutilem reddat, praecipit haec syndicatus, ut clerici omnes sacris studiis constanter incumbant, nempe: Scripturis Sanctis et canonibus, ut omne opus eorum in praedicatione et doctrina consistat, atque aedificant cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. Etiam Scripturae interpretum, sanctorum Patrum et conciliorum studiis operam navare debent. Probatisimos Theologiae, tum dogmaticae, tum polemicae, tum moralis, tum pastoralis, tum etiam asceticae auctores, rerumque liturgicarum expositores, sedulo attenteque discurrant. In ecclesiasticis annalibus aliisque disciplinaribus studiis, accurate diligenterque versari non omissant.

413. Postulat Divinae Providentiae ratio, ut in revocandis ad fidem et ad salutem populis, etiam ab humana scientia praesidium quaeratur. Minime igitur negligendae sunt profanae disciplinae, philosophia nempe,

historia et scientiae naturales; immo earum adiutorium quaerendum, his praesertim temporibus in quibus tantus fit nominis philosophiae et naturalium scientiarum abusus.

414. Inter praecipua clericorum studia, considerari oportet latinae linguae atque vernaculae tirocinium; quapropter volumus ut omnes clerici nihil plane intentatum relinquant, donec optime calleant huiusmodi linguas.

415. Clerici solas ephemerides sincere et rite catholicas legant; sed in earum etiam lectione sobrietate uti debent.

CAPUT IV.

De examinatoribus ordinandorum et sacerdotum.

416. Per magnam diligentiam et studium adhibere tenetur Episcopus, ut de sufficientia, vita ac moribus ordinandorum moralis certitudo habeatur; peccabit namque mortaliter si indignos scienter ordinaverit, id est, non habentes scientiae et virtutis sufficientiam, quia infideliter in re gravissima officium dispensatoris agit.

417. Episcopos igitur in Domino adhortamur, ne contra Apostoli praeceptum cito manus imponant, sed cum omni diligentia et animi contentione, ordinandorum qualitates et merita perpendant, neque eos, qui minus fuerint idonei, paucitatis ministrorum specioso praetextu, ad sacros ordines suscipiendos admittant. Ad hoc sacerdotes et alios prudentes viros divinae legis peritos ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatos.

sibi adsciscant, qui ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam et fidem diligenter ponderare valeant.

418. Nullus, etiamsi regularis sit, potest confessiones audire saecularium, nec se ad id tamquam idoneus reputari, nisi ab Episcopis per examen aut alias idoneus iudicetur, et approbationem, quae gratis detur, obtineat.

419. Ad examinandos eos qui ordines petunt, aut ad excipiendas confessiones approbari cupiunt, potest Episcopus examinatoribus uti quos maluerit, dummodo elegantur qui scientia et prudentia magis idonei videantur, iurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se, quamcumque humana affectione posthabita, fideliter munus executuros, et vere et sincere manifestaturos eorum compertam scientiam de quibus ipsi experimentum sumperint. Examinis vero causa nihil quidquam pecuniae, praemii, alicuiusve doni, aut quid simile accipient. Si vero examinandorum quisquam per se, vel interpositam personam dona favoresve examinatori praemiserit, Episcopo statim denuntietur, et si est ordinandus, eundem ad ordines pro illa vice inhabilem decernat; si ad audiendas confessiones examinetur, poena arbitrio Episcopi puniatur.

420. Maximam curam adhibeant examinatores in perscrutanda scientia eorum qui ad audiendas confessiones examinantur, et ideo eos interrogent de scientia Theologiae Moralis et Asceticae; de reservationibus, sive ab Apostolica Sede, sive a proprio Episcopo factis; de Constit. Apostolicae Sedis, qua ecclesiasticae censureae latae sententiae limitantur; de suae propriae dioecesis legibus; ac denique de his omnibus quibus hoc per difficile munus recte peragere valeant.

421. Ea, de quibus subituri examen interrogandi sunt, examinatores per se vel per alios, directe vel indirecte, ne patefiant; si quis autem eorum qui examinandi sunt, consanguineus, affinis, familiaris familiæve adjunctus alicuius examinatoris fuerit, iste ab illo examinando abstineat.

422. Examinatores sua suffragia ferre debent priusquam a loco examinis discedant. Nec quidquam refert an inter se suffragia secreto vel palam ferant.

423. Sententiam quam in approbando vel reprobando dicturi sunt, nulli patefiant; secus graviter moneantur et puniantur.

424. Cum ad Episcopum pertineat sacerdotes approbare ad confessiones subditorum exaudiendas, ad nutum etiam potest hanc approbationem limitare; sed cum frequentissime contingat, quod, qui initio praeclarissime confessarii munus suscepérunt, post diuturnum tempus, omnium studiorum cura neglecta, pristinam scientiam amittant, facultatem audiendi confessiones certis limitibus regulariter Episcopus concludat, ita ut determinato temporis spatio, eam conferat, eoque transacto, imo quoties opportunum ei visum fuerit, sacerdos sive saecularis sit sive regularis, poterit ad examen iterum vocari. Facultatem vero illimitatam caute et non frequenter concedat.

De collationibus seu conferentiis ecclesiasticis.

425. Cum haud satis sit, quod sacerdos sacras disciplinas semel percurrerit, perceperit, immo et praeclare docuerit; ut animo poenitus defigantur quae didiscerit, novaque etiam documenta comparet, volumus ut collationes seu conferentiae, non modo serventur et per-

ficiantur ubi vigent, sed instituantur ubi non sint, et ubi in desuetudinem abierunt restituantur.

426. Cuncti sacerdotes, et etiam regulares pro excipiendis saecularium confessionibus approbati, quamvis parochi non sint, et similiter qui ad aliquam religiosam congregationem pertinent, conferentiis interesse tenentur, si in coenobiis in quibus commorantur, lectio de morum doctrina et collatio de casibus conscientiae non habeatur ad normam constitutionum proprii ordinis. Proinde, qui sine legitima causa aut licentia sive Ordinarii, sive parochi, non intersint, arbitrio Episcopi puniantur.

427. Quaestiones quae in collationibus pertractari debent, ad Sacram Scripturam, Theologiam Moralem et Sacram Liturgiam pertineant. Sed praecipue casus conscientiae disceptentur, et non qui ad ingenii exercitationem tantum inserviant, ita scilicet ut, qui in conventu fuerint, rerum potius tractationem et usum, quam verborum argutias consequentur. Hoc tamen studiose curandum, ut ea sententia vincat, quae media via inter rigorem et laxitatem incedat.

428. Quaestiones et casus conscientiae de quibus in collationibus disserendum est, ab Ordinario in Directorio seu Kalendario Cleri dioecesani vel aliter publice proponi debent.


429. Si ob temporis intemperiem viarumque longitudinem et asperitatem, aut parvum sacerdotum numerum, aliasve difficultates, aliquis collationem adire non valeat, quaestiones assignatas scripto resolvere debet, et ad praesidem conferentiae fideliter mittere.

430. Ex ipso clericorum conventu delegatur actuarius, qui et ad dictandum et ad scribendum magis idoneus sit, et cuius munus erit omnia acta conventus suae

parochiae diligenter conscribere et in apposito libro servare: praedicta acta a parocco et ab actuario subscripta bis in anno Ordinario remittantur.

431. Clerici ad examen venientes occasione renovandi licentiam ad confessiones exaudiendas, litteras afferre tenentur, ubi de eorum ad collationes assistentia constet.

432. Sacerdotes denique in his congregationibus ita se gerant, ut in Christo concordes, mutuis consiliis iuventur, et populus sacerdotum charitate perspecta, in maiorem sacerdotii aestimationem veniat, atque ad monita ac prudentes reprehensiones suscipiendas, docillior evadat.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE

TITULUS VII.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

CAPUT I.

De confessione frequenti.

433. Ut clerici donum casti sui ministerii fideliter custodian, et laicis in exemplo esse possint, crebro poenitentiae lavacro utantur oportet; idcirco, clerici qui in subdiaconatu vel diaconatu sint constituti singulis quibusque hebdomadibus sacramentali exomologesi mundari current et ad sacram Synaxim accedere. Praeterea in praeceps anni solemnitatibus, praesertim in festis Domini, B. M. Virginis et S. Iosephi, praevia sacramentali confessione vel de licentia proprii confessarii ad Sacram Eucharistiam pariter accendant. Clerici vero inferiores, saltem bis in mense, id efficiant.

434. Ipsi sacerdotes, ut ea qua fieri possit animi puritate et devotione ad tremenda mysteria peragenda accendant, singulis hebdomadibus, aut saltem quindenies diebus, peccata sua confiteantur, etiamsi alicuius peccati mortalis consci non sint.

435. Expedit quam maxime, iuxta probatissimorum doctorum asceticorum doctrinam, ut unusquisque sacerdos, atque etiam clericus, certum ac fixum confessarium habeat.

CAPUT II.

De exercitiis spiritualibus.

436. Quoniam in medio corrupti saeculi e mundo pulvere etiam religiosa corda aliquoties sordescunt, ad ecclesiastici ordinis dignitatem et sanctimoniam retinendam et fovendam, pium spiritualium exercitiorum institutum maxime conductit, quia vitae emendationi, perseverantiae in bono obtinenda, novoque labore spiritui in mediis periculis ac tot animarum evagationis causis quas mundus exhibit impertiendo, mirabili pollut efficacia. Omni igitur studio curare debent Episcopi ut clerici, praesertim parochi et confessarii, quotannis, vel saltem singulis bienniis, in opportunum aliquem locum iisdem peragendis exercitiis secedant. Ad hoc, omnibus in provinciae dioecesis bis in anno secessus spirituales clericis patebunt, diebus ab Ordinario assignandis.

437. Pias huiusmodi secessiones, prudenti suo arbitrio Episcopi distribuant, ut cultus divinus et spiritualis fidelium necessitas nullum inde detrimentum patientur.

438. Clericos qui exercitiis spiritualibus defuerint, si legitimas excusationis causas non habent, de quarum legitimitate Ordinarii est iudicare, ipse Ordinarius monebit, ut proximo ecclesiastico recessui intersint. Quod si hac non obstante monitione defuerint, poena ipsius Ordinarii arbitrio puniantur.

439. Denique, ut spiritualium exercitiorum fructus permaneat et etiam increscat, volumus ut nemo clericorum, nisi rationabili causa impediatur, quotidie orationi mentali vacare desinat, saltem per dimidiam horam. Discussioni item suae conscientiae, opportune ac diligenter incumbat.

CAPUT III.

De delatione habitus et tonsurae.

440. In executionem Concilii Tridentini, Synodus III Mexicana statuit ac praecepit, ut exterior habitus clericorum omnium (*praesertim*) sacro ordine initiatorum virtutem, honestatem, morumque gravitatem ostendat, prout decet clericalem statum. Nos vero, huius synodi vestigia insequentes, et cum persuasum habeamus, quod habitus clericalis in duobus praecipue consistit, nempe: in vesti talari debiti coloris et formae, et in tonsura capitis, sequentes regulas statuimus, quas omnibus huius provinciae clericis observare praecepimus:

441. Clerici vestes induant nigri, non autem alterius coloris, nisi aliquo legitimo privilegio gaudeant, quae cum propriae esse debeat clericalis ordinis, omnino a laicorum vanis ornatis atque usibus abesse debent. Clausas deferant tunicas cum collari albo et epitogium seu pallium, et tam istud quam illae esse debent talares. Annulos autem non sumant, nisi ubi, quibus et quando propter officii munus, aut honoris gradu, sint iure concessi. Galerus autem, non nisi ea forma confectus sit, quae gravitati clericalis status respondeat. Decet ut catenas aureas in horologis super tunicam, ita ut extrinsecus conspiciantur, numquam adhibeant, neque odorum, quos « essentias » vocamus, guttis sese conspergant.

442. Sacrosanta Tridentina Synodus praecepit, clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, et tam in ecclesia quam extra illis assidue uti, ut per decentiam habitus, morum honestatem ostendant. Prohi-

bemus, ne clerici etiam simpliciter tonsurati habitu laicali induti appareant, nequidem coram accidentibus ad eorum domos. Verumtamen ubi in via publica, ob leges civiles, vestis talaris nullatenus permittatur, adhibeatur vestis nigri coloris, iuxta formam ab Episcopis praescriptam, quae conditioni clericali quantum fieri possit accommodetur.

443. Omnes vestes clericorum debent sic statui esse decentes, ut nec sint pomposae aut vanam iactantiam vel superfluitatem redolentes, nec sordidae vel laceratae, ne vilesat dignitas clericalis, sed inter utrumque prae se ferant medium aliquod cuiuscumque statui et ordini conveniens.

444. Cum clerici sint quasi reges, id est, sese et alios regentes et ita in Deo regnum habeant, et hoc designet corona, praecipimus, ut omnes in superiori parte capitis tonsuram seu coronam gerant, ad eam formam quam ratio uniuscuiusque ordinis postulat, nempe: pro minoribus ordinibus assignamus mensuram hostiae minoris; pro subdiaconatu, paulo maiorem; maiorem etiam pro diaconatu; pro sacerdotio denique, mensuram hostiae maioris. Denique, comam non nutriant, barbam saltem semel in hebdomada novacula radant, vel ita recidant, ut nihil saeculare remaneat. Capillos more profano ne comant.

445. Summa diligentia current Episcopi, ut clerici vestem et clericalem tonsuram gerant, iuxta praefatas dispositiones, et eis qui illas violaverint, poenas a sacris canonibus statutas imponant.

CAPUT IV.

De residentia clericorum.

446. Cum officium pastoris sit oves suas agnoscerre, pro his sacrificium offerre, ac divini verbi praedicatione, sacramentorum administratione et bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque misericordium personarum curam gerere; clare patet, omnes clericos cuiuscumque ordinis sint, qui hoc pastoris officio fungantur, debere aliqua in ecclesia residere.

447. Episcopus tenetur ad residentiam in sua dioecesi, nisi adsit aliqua ex legitimis causis.

448. Non licet autem Episcopis continuatim coniungere tempus absentiae licitae duorum vel trium mensium cum alia absentia etiam licita.

449. Quia haud potest non magno esse subditis detimento eorum absentia, quibus animarum curam incumbit, haec synodus in executionem Concilii Tridentini praecipit, ne ullus parochus ex sua paroecia alio divertat, nec per spatium unius hebdomadae, sine facultate Episcopi, causa expressa et approbata, et pro eo tempore quod in facultate huiusmodi fuerit praefinitum. Per spatium trium dierum non discedat, nisi licentia a Vicario Foraneo impetrata et obtenta. Licentiam autem abeundi ultra bimestre concedere non potest Episcopus nisi ex gravi causa. Quando vero hac facultate obtenta ad sedem episcopalem pervenerit, intra viginti, quatuor horarum spatium coram Episcopo, aut eius officiali, praesens se constitutus; si vero impeditus fuerit, de adventu suo per interpositam personam, intra praefixum terminum, rationem reddet; secus ad arbitrium Episcopi puniendus est.

450. Vicariis parochorum praecipimus, ne sine Episcopi licentia, unquam abesse sibi permittant. Quando vero absentia trium dierum tantum sit, eam parochi aut Vicarii Foranei permettere possunt.

451. Canonici cathedralium tenentur residere in ecclesia sui beneficii, saltem per novem menses; nec licet ab ecclesia propria ultra tres menses abesse; nec valet quaecumque consuetudo immemorabilis in contrarium. Harum trimestrium vacationum beneficio uti poterunt, qui in capitulis praebenda praediti sunt, sive per dies continuos, sive interpolatos, dummodo uno eodemque tempore omnes non abeant, sed tantum illi quibus iuxta legitima statuta uniuscuiusque ecclesiae permisum fuerit; nec tempore Adventus et Quadragesimae, nec in solemnioribus anni festivitatibus a choro abesse possunt.

452. Capellani ecclesiae cathedralis etiam obligantur ad residentiam; ideoque non possunt abesse ultra mensem, dummodo tempus hoc non incidat in diebus supra assignatis.

453. Omnes qui ad residentiam tenentur, sic ad eam teneri declaramus, ut qui has leges infringant, iuxta dispositiones canonicas puniantur.

CAPUT V.

De clericis alienae dioecesis.

454. Ne forte, quod Deus avertat, aliquis sacerdotali ordine minime praeditus, vel sacerdos irregularis, aut suspensus, ad celebrandum Missae sacrificium accedat, sacrosancta Tridentina Synodus decrevit quod Ordinarii ut irreverentia vitetur, singuli in suis dioce-

sibus interdicant ne cui vago et ignoto sacerdoti missas celebrare liceat, et quod nullus clericus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarii litteris ab ullo Episcopō ad divina celebranda et sacramenta administranda admittatur. Tam sancta Concilii decreta haec synodus observari cupiens, interdicit ne parochi aut ecclesiarum rectores ullo extraneo sacerdoti missam celebrare vel sacramenta administrare permittant, nisi prius licentiam ab Episcopo loci habeant et de identitate personae moralis certitudo existat.

455. Etiam a clericis ipsius dioeceseos, qui adeunt parochiam ad quam non sunt adscripti, exigant exhibitionem licentiae seu facultatum quas habent ut sacrum celebrare possint.

456. Dispositiones praedictae aliquam patiuntur latitudinem pro sacerdotibus a parochis aut a moderatoribus ecclesiae maxime cognitis, de quibus tuto Curiae episcopali respondere possint; ast si agatur de sacerdotibus alienae dioecesis pariter notis et dignis, exceptio valet pro duobus vel tribus diebus, si accessus ad Curiam sit facilis, vel pro paucissimis diebus si difficilis, seu usquedum ab Ordinario fiat copia celebrandi.

457. Parochi et ecclesiarum moderatores, sive saeculares, sive regulares, si superiora statuta violaverint, poena suspensionis, sive alia arbitrio Ordinarii puniantur.

458. Regulares ab Episcopis non admittantur nisi postquam exhibuerint litteras testimoniales proprii superioris; quod si saecularizationem obtinuerint, praeter litteras testimoniales superioris regularis, exigantur etiam documenta fide digna de saecularizatione obtenta, et testimoniales Episcoporum dioeceseos in qua per aliquod temporis spatium permanserint.

CAPUT VI.

De his quae clericis prohibentur.

459. Nihil est quod magis alios ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum qui ministerio divino mancipati sunt. Quapropter sic decet omnino vitam moresque suos componere, ut in habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus, nihil nisi grave, honestum, ac religione plenum prae se ferant; levia etiam delicta quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut a fidelibus cunctis et etiam ab infidelibus asserant venerationem. Itaque, clerici omnes tali modo procedere debent, ut non tantum sanctitatem internam, verum etiam eamdem sanctitatem toto pectore acquirere conentur in omnibus eorum operibus externis.

460. Quapropter, clerici vel umbram incontinentiae et impudicitiae fugiant, ideoque familiarem consuetudinem cum mulieribus devitent; eo quod non solum ab ipso malo, verum etiam a mali suspicione abstinentendum est.

461. Quamvis igitur facultas detur clericis habitudi cum mulieribus consanguineis vel cum aliis non suspectis, quarum ope in domesticis rebus utantur, si tamen extraneae sint, requiritur non solum ut bonam vitam et mores probatissimos, sed etiam ut proiectiorem aetatem habeant.

462. Sacerdotes omnino a crapula et ebrietate abstineant, quae vitia perturbant mentem, sensusque et vires debilitant et ad libidinem provocant; quapropter si quis clericus, quod absit, tam fuerit sui oblitus, tamque intemperatus, ut quocumque modo

inebriari soleat, si beneficium fortasse obtinuerit, ab administratione sacramentorum per quatuor menses, prima vice, suspendatur; secunda, per annum; tertia, ad beneficium obtinendum efficiatur inhabilis.

463. Minime decet clericos, cauponas, tabernas et apothecas (*vulgo cafés*) frequentare, nisi necessitatis causa. Itemque clericis praecipimus ut a taurorum ludibus et a quibuscumque huiusmodi spectaculis abstineant.

464. Clerici a choreis, profanis spectaculis et cantionibus omnino abstineant, nec his coetibus immisceantur ubi mundana vel amatoria cani solent et turpia.

465. Si verba nugatoria inter laicos homines saepe uti talia existimamus, in ore sacerdotis non raro uti blasphemiae sunt. Numquam igitur sacerdos proferat verba scurrilia et minus honesta.

466. Alearum ludi, nempe purae sortis, generatim multum nocent societati, proindeque, tamquam inhonesti et admodum familiae perniciosi iure et merito interdicuntur a legibus ecclesiasticis et civilibus. Nos igitur clericis aleis ludere publice et in magna quantitate, aut in modica sed frequenter, omnino prohibemus. Clerici huiusmodi ludis nullatenus intersint.

467. Nullo modo clerici in domo sua ludos huiusmodi permittant, neque aleas porrigant, nec pro aleis pretium extorqueant, nec mutuo pecunias dent ad ludendum, neque pro quoquam in ludendo spondeant. Si quis has dispositiones infringat, maximo rigore ab Episcopo corrigatur.

468. Est autem ad solatium clericorum alterum ludendi genus, quo ex ludentis industria et ingenio maxime pendet, cui utpote honestum ei operam dare clericis non vetatur, dummodo ludus congruat personae, tempori et loco, et fiat ad breve tempus.

469. Cum clericorum arma sint oratio, meditatio, contemplatio rerum coelestium, necnon et assidua mortificatio omnium cupiditatum, merito a sacris canonibus aliam armam gestare eis prohibetur.

470. Nemo militans Deo se implicant negotiis saecularibus; ab eis veluti maxime alienis a ministerio suo sacerdotes secernantur. Ea de causa nullus sacerdos officium procuratoris et advocati exercere potest in foro civili, neque tutoris, nisi in casibus a iure praevisis et secundum ipsius dispositiones iuris.

471. Clerici, absque licentia Episcopi fideiussoris munus nullatenus susciant. Nec ipsis licet industriam operamque suam, quam totam cultui divino et proximorum utilitati charitatis lege impendere debent, laicorum obsequiis dare ac negotiis administrandis curandisque. Cum autem agatur de cura gerenda pupillorum aut minorum, cum quibus aliquam habeant cognitionem, eam clerici suscipere possunt.

472. Prohibetur itidem clericis officia medicinae et chirurgiae exercere, maxime si opus sit ustione et incisione.

473. Sacerdotes aliisque clerici cuiuscumque dignitatis et conditionis existant, non solum ab usurariis contractibus iure divino damnatis abstineant; sed etiam ab his qui, quamvis laicis permittuntur, clericis tamen ratione sui status a sacris canonibus prohibentur. Nemo igitur negotiationes, mercaturas, procurationes vel negotiorum gestiones, merciumque curam suscipiat aut administret, vel earum pretium transmittat, vel alio quovis modo in huiusmodi negotiationibus sese immisceat; sed fideliter observentur quae a S. Sede decreta fuerunt; alias subiiciuntur infractores poenis a iure statutis.

CAPUT VII.

De clericis aegrotantibus et pauperibus.

474. Sacerdotes morbo et senio gravati, maxime qui praefuerent et laboraverunt in verbo et doctrina, duplice honore ab Episcopis habeantur. Aliqua mercede sunt digni qui opus Domini bene operati sunt, et praelia Domini strenue praeliati. Eos igitur, toto dilectionis affectu amplectantur Episcopi omniq[ue] sollicitudine current, ut in necessitatibus et infirmitatibus subleventur.


475. Omni cura operam dare debent Episcopi, ut in suis dioecesis aerarium ecclesiasticum (vulgo, *Caja de ahorros*) instituatur, quod coalescere potest ex subsidiis inter ipsos ecclesiasticos in presbyteratus ordine constitutos, singulis annis a parochis collectis, iuxta prudentes normas ab Episcopis statutas. At si haec subsidia imparia sint ad egestati praedictae subveniendum, tunc sacerdos ex portione illius paroeciae ad quam est adscriptus, pauperibus destinata, veluti primus inter pauperes sublevetur.

476. Tam Episcopus quam reliqui ex clero operam dare non omittant, ut sacerdotibus aegritudine laborantibus, aut aliquo modo impeditis, missarum stipendia non desint.

477. Et cum ad fideles pertineat honestam ministrale sustentationem presbyteris qui in eorum commodum suas consumperunt vires, prudenter admonendi sunt omnes, ut hoc munus adimpleant.

478. Haec autem decreta favere haud possunt clericis qui stipem quamvis exiguum conferre recusarunt,

neque sacerdotibus ob gravia ipsorum delicta beneficio privatis. Nihilominus si praefati clerci omni facultate destituti sint, et qui indigni fuerunt spem praebant fore, ut ad sanam frugem reducantur, poterit eorum paupertas, cum Episcopo ita visum fuerit, ex subsidiariis bonis dioecesanis sublevari.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
DEPARTAMENTO DE BIBLIOTECAS
DENTRO DE LA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN

TITULUS VIII.

DE CATHOLICA INSTITUTIONE IUVENTUTIS.

CAPUT I.

De Scholis primariis.

479. Cum Ecclesiae et societatis spes sint pueri et iuvenes, nihil intentatum relinquunt antichristianae sectae, ut tenellae intelligentiae et innocentium corda pervertantur. Unde multis in regionibus magnis sumptibus laicales instituuntur scholae in quibus nihil de Deo, de religione, aut de christiana moralitate pueris et iuvenibus inculcatur; immo potius contra Deum ac revelata dogmata, contra Ecclesiam eiusque ministros, contra veram religionem et sanctissima eius moralitatis praecepta, perniciosissimi evulgantur errores, qui doctrinis moribusque nocumentum, familiae et societati miserimam afferunt desolationem.

480. Hisce lugendis malis opportunum cupientes apponere remedium, statuimus ac decernimus ut in omnibus parochiis et vicariis, immo si fieri potest, etiam in pagis et vicis (vulgo, *haciendas, ranchos*) a superioribus ecclesiasticis instituantur una vel plures scholae tam diurnae pro pueris et puellis, quam nocturnae pro adultis.

481. Parochi, omnesque quovis titulo curam gerentes animarum, fideles moneant, praesertim patresfamilias, de obligatione qua tenentur huic instructionis iuentutis operi pro posse auxilium ferendi.

482. Parochorum erit professores diligere, assidueque invigilare ut ab iis munus docendi recte impleatur. Curent ergo, ut delectio incidat in viros idoneos, qui vitam gerant probatissimam et christianis moribus praecellant, ita ut verbo, doctrina et exemplis pueros ac iuvenes in litteris virtutibusque valeant informare.

483. Quicumque catholicam scholam, vel collegium instituere voluerint, sive clerici sint, sive viri laici, vel mulieres, ab Ordinario loci, vel eius deputato textuum adprobationem exquirere, interiorisque regiminis normam et statutum habere et fideliter servare debent, ut adolescentium animos scientia et pietate securius imbuere valeant. Omnesque huius generis scholae, inspectioni ecclesiasticae auctoritatis subiificantur.

484. In singulis sedibus episcopalibus scholae *normales* dictae instituantur pro viris et mulieribus, ad efformandos pios et religiosos utriusque sexus magistros; et quam maxime curandum est, ut in huiusmodi coetibus scholares disciplinae tali perfectione tradantur, ut nihil eorum desit, quae temporum ratio et scientiarum incrementum expostulare videntur.

485. Summopere commendamus Episcoporum charitati, ut saltem in civitate episcopal, scholas institucent ad artes mechanicas ediscendas, ne in officinis quas frequentare debent, propter sociorum exempla, moderatorum perversitatem, vel parentum incuriam, pueri et iuvenes in gravissimo aeternae salutis discrimine constituantur.

486. Ut autem scholae melius et facilius constitui et sustentari possint, maxime iuvabit fidelium eleemosynas expetere: ad quod parochi aliquique animarum rectores eis exponant necessitatem huiusmodi scholarum, ac commoda etiam temporalia ex eisdem provenientia.

487. Episcoporum erit statuta confidere, quibus praedictae scholae regantur; si autem Episcopis placuerit, aliquam ex iis societatibus vel congregationibus adeant munus est in spiritu intelligentiae et pietatis iuentutem erudire.

CAPUT II.

De Scholis secundariis et professionalibus.

488. Valde optaremus, ut in omnibus dioecesibus collegia erigantur omnino a Seminario separata pro studiis adolescentium qui ad divinum servitium non destinantur. Huiusmodi collegia vigilantiae et directioni Ordinarii subiaceant. Optamus pariter, ut nullus clericus qui studia non expleverit, ad magisterium vel ad aliquam collegii praefecturam destinetur; sed potius adhibeantur saeculares magistri.

489. Ad collegii regimen Episcopus dioecesis eligat tres sacerdotes, quorum alter rectoris, alter ministri, tertius praefecti rerum spiritualium munere fungatur. Ministri officium erit, disciplinam et rerum temporalium administrationem curare. Et quoniam tot tamquam variarum facultatum curriculum nec potest feliciter gressu decurri nisi omnia maturo consilio ordinentur, consultationem Ordinarius instituere curet, qua programma conficiatur, materiae determinentur, quae in

singulis studiorum curriculis tradendae sint, et quantum tempus unicuique impendendum.

490. Ut suus cuique locus tribuatur, curandum omnino erit, ut quae potiora sunt sectemur; ideoque catechismus in omnibus scholis pro captu auditorum est tradendus; deinde Philosophiam iuxta doctrinam Angelici Doctoris Divi Thomae Aquinatis explicandam esse volumus. Insuper peculiaris cura impendatur arti oratoriae ceterisque ad rhetoricae pertinentibus, exerceanturque plurimum discipuli in scribendo tum lingua vernacula tum latina. Quamvis cetera Ordinarius cum consultoribus pro temporum rerumque adjunctis curabunt, tamen volumus ut lingua latina quam accurate doceatur; et magna cura sit sermonis patrii, ne forte accidat, ut quis plurium alienarum linguarum peritus existat, propriam tamen nec recte loqui, nec scribere sciatur. Linguae autem latinae peritia, non solum prodest adolescentibus ad alias scientias properantibus, sed illud etiam commodi habet, ut qui ad statum ecclesiasticum transeant, disciplinas superiores, latino sermone traditas, facile addiscere possint.

491. Volumus insuper, ut ubi fieri possit, studia professionalia rite instituantur.

492. Summopere commendamus huiusmodi collegiorum moderatoribus, ut cauti sint in delectu admittendorum, strenuique in disciplina scholari tuenda et in promovendo omni qua possint ope, solidarum virtutum profectu.

TITULUS IX.

DE DOCTRINA CHRISTIANA

CAPUT I.

De sacra praedicatione.

493. In memoriam revocamus quae a Tridentina Synodo de sacra praedicatione praescripta sunt, vide-licet: Episcopos, parochos ceterosque animarum curam habentes stricta obligatione teneri ad proprias oves, saltem dominicis et festis diebus, per verbi divini praedicationem pascendas.

494. Ideoque omnes archipresbyteri et quicumque parochiales vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quae scire omnibus necessaria sunt ad salutem, annuntiando eis cum brevitate et facilitate sermonis, vitia quae eos declinare et virtutes quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere et coelestem gloriam consequi valeant.

495. Cum multa peccata ex ignorantia populi proveniant, parochi in concionibus explanare current quatuor partes in quibus doctrina christiana consistit, vide-licet: Symbolum Apostolorum, ubi credenda propo-

singulis studiorum curriculis tradendae sint, et quantum tempus unicuique impendendum.

490. Ut suus cuique locus tribuatur, curandum omnino erit, ut quae potiora sunt sectemur; ideoque catechismus in omnibus scholis pro captu auditorum est tradendus; deinde Philosophiam iuxta doctrinam Angelici Doctoris Divi Thomae Aquinatis explicandam esse volumus. Insuper peculiaris cura impendatur arti oratoriae ceterisque ad rhetoricae pertinentibus, exerceanturque plurimum discipuli in scribendo tum lingua vernacula tum latina. Quamvis cetera Ordinarius cum consultoribus pro temporum rerumque adjunctis curabunt, tamen volumus ut lingua latina quam accurate doceatur; et magna cura sit sermonis patrii, ne forte accidat, ut quis plurium alienarum linguarum peritus existat, propriam tamen nec recte loqui, nec scribere sciatur. Linguae autem latinae peritia, non solum prodest adolescentibus ad alias scientias properantibus, sed illud etiam commodi habet, ut qui ad statum ecclesiasticum transeant, disciplinas superiores, latino sermone traditas, facile addiscere possint.

491. Volumus insuper, ut ubi fieri possit, studia professionalia rite instituantur.

492. Summopere commendamus huiusmodi collegiorum moderatoribus, ut cauti sint in delectu admittendorum, strenuique in disciplina scholari tuenda et in promovendo omni qua possint ope, solidarum virtutum profectu.

TITULUS IX.

DE DOCTRINA CHRISTIANA

CAPUT I.

De sacra praedicatione.

493. In memoriam revocamus quae a Tridentina Synodo de sacra praedicatione praescripta sunt, vide-licet: Episcopos, parochos ceterosque animarum curam habentes stricta obligatione teneri ad proprias oves, saltem dominicis et festis diebus, per verbi divini praedicationem pascendas.

494. Ideoque omnes archipresbyteri et quicumque parochiales vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quae scire omnibus necessaria sunt ad salutem, annuntiando eis cum brevitate et facilitate sermonis, vitia quae eos declinare et virtutes quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere et coelestem gloriam consequi valeant.

495. Cum multa peccata ex ignorantia populi proveniant, parochi in concionibus explanare current quatuor partes in quibus doctrina christiana consistit, vide-licet: Symbolum Apostolorum, ubi credenda propo-

nuntur, Decalogum et Ecclesiae praecepta quae servanda sunt, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam et reliquas orationes quae petenda docent, et Sacraenta denique quibus omnis vera iustitia, vel incipit, vel coepta augetur, vel amissa reparatur.

496. Idem faciendum mandamus oppidorum vicariis (*Vicarios hijos*), pagorum capellanis (*Capellanes de hacienda*), et sacerdotibus sacrum in ruralibus sacellis peragentibus.

497. Tempore Quadragesimae et Adventus parochi frequentius praedicationi incumbant, vel saltem tribus in hebdomada diebus, ut praecipit Tridentinum, docentes fideles quae circa ieunium, sacramentalem confessionem et sacram communionem scire debent, ita ut verborum perspicuitate et stylo auditoribus accommodato exponant: qui teneantur legi ieunii, qui vero ab ea excusentur, necnon formam ieunandi, iuxta Ecclesiae praescriptiones et legitimas consuetudines; qualitates in confessione requisitas ut valida sit et fructuosa; animae et corporis dispositiones ad digne SS. Eucharistiam sumendam.

498. Sacer concionator pius ac devotus esse debet, et Iesu Christi amore accensus; alioquin nihil aliud erit, nisi cymbalum tinniens. Eius christiana pietas splendere oportet in exteriori vita, quae omnino ecclesiastica et sancta videatur et sit; si enim aliud docetur in cathedra, aliud vero servatur in vita, concionator se ipsum refutat, et facit verbum Dei quasi infructuosum.

499. Pietati et Dei amori dignum praebeat comitatum scientia Sacrarum Scripturarum, Theologiae ac SS. Patrum. Frustra enim laborant concionatores, nisi praedicationem solidam, ordinatam, fidelium conditioni et captui accommodatam exhibeant.

CAPUT II.

De catechesi.

500. Cum Conciliis Tridentino et Mexicano III mandamus, ut parochi omnesque curam animarum habentes diebus saltem dominicis et festivis tum pueros, tum adultos qui eam ignoraverint, in christiana doctrina solerter erudiant, iuxta textum in provincia vigentem; dum vero graviter impediti fuerint, per vicarios aliasve idoneas personas hoc tam grave parochialis ministerii munus adimplere curabunt. Crebro in memoriam revocent quod D. N. Jesus Christus, qui singulari amore parvulos dilexit et summa benignitate ac mansuetudine suscipiebat, strictissimam a pastoribus animarum exiget rationem, si omissione et incuria catechisticae institutionis, erroribus huius saeculi irretiantur pueri, eorumque corrumpantur mores, et aeternaliter pereant.

501. Optandum est, ut rectores quoque ecclesiarum non parochialium, etiam regularium, huic tam sancto incumbant muneri christianaee catechesis. Et volumus ut sacerdotes in ecclesiis vel oratoriis ruralibus diebus festis Missam celebrantes current ut, durante tam sancto sacrificio distincte et tractim recitentur Pater, Ave, Credo, Decalogi et Ecclesiae praecepta et Sacraenta; et si praefati Sacerdotes rite approbati sint ad munus concionatoris, Evangelii explanationem facere non omittant.

502. Impense moneant parochi, tum in sacra praedicationis cathedra, tum in confessionali et privatis colloquiis, patresfamilias, heros ac ludimagistros omnino teneri ad suos respective subditos erudiendos in christiana doctrina.

503. Ut in catechetica instructione tradenda parochis multi sint cooperatores, curent pro viribus Episcopi, ut singulae parochiae canonice erectam habeant maxime commendandam Doctrinae Christianae sodalitatem, quam S. Pius V indulgentiis largissime ditavit.

CAPUT III.

De sacris Missionibus ad populum.

504. Quoniam, experientia teste, missiones haud parum fidelibus prosunt, quibus etiam aliquando necessariae sunt, parochi populos sibi commissos, non sinant diurno temporis intervallo tanto bono carere. Talibus enim auxiliis, vel sopita fides multorum suscitatur, vel eorum voluntas, peccatis, aut maleconsultae verecundiae vinculis constricta liberatur, vel plurimorum fervor teperfactus ac remissus iterum accenditur.

505. In singulis paroeciis sacrae missiones singulis saltem quinquennis habeantur.

506. Ut saluberrimum remedium sacrarum missionum facile adhiberi possit, Episcopi, sacerdotes aliquos doctrina, pietate, et dicendi peritia praeditos paratos habere curent, ad sacras missiones, tempore ac loco ab ipsis Episcopis designato peragendas. Qua in re regulare auxilium totis viribus obtinere non omittant.

507. Si qua de causa, praedicti sacerdotes sacras missiones fidelibus tradere non possint, tunc optime merebuntur parochi, si consociati et collatis prius consiliis, obtentaque sui Episcopi venia, sacras missiones vicissim in suis paroeciis habeant, ita ut parochus unius paroeciae cum aliquibus sacris ministris in aliam se transferat, et huius rector idem officium in alterius ecclesia peragat.

CAPUT IV.

De spiritualibus exercitiis.

508. Si necesse est religiosis et devotis personis quaerere aliquando aptum tempus vacandi soli Deo, ad christiana perfectionis spiritum renovandum, multo magis necessarium est ut homines qui mundanis illecebribus undique tenentur, ac in continuis periculis Deum obliviscendi et amittendi salutem aeternam versantur, certis diebus soli Deo vacent.

509. Saltem bis in anno, dirigant parochi spiritualia pro fidelibus exercitia iuxta normas potissimum a S. Ignatio traditas, per aliquot dierum spatium duratura, semel pro viris et semel pro foeminis; et pro maiori fidelium commoditate, turmas dividant per diversas societatis categorias.

510. Omni vigilancia curent parochi, ut in exercitiis pro foeminis nullus vir cubicula, transitus vel quaeque interiora loca percurrat; et ipsis parochis et sacerdotibus quibuscumque interdicimus, sub poena ab Ordinario designanda, ingressum ad interiora cubiculorum, nisi in casu gravis necessitatis.

511. In concionibus aut in repraesentandis Religionis mysteriis, cuncta devitent quae a sacerdotali gravitate aliena existunt et fideles potius ad superstitionem quam ad pietatem induant.

512. Omnino prohibemus sacerdotibus qui spiritualia exercitia dirigunt, singularibus personis poenitentias publicas extraordinarias permittere. Et quoad poenitentias privatas, confessarii stent normis a prudentibus et probatis auctoribus traditis.

513. Parochi piam divitum charitatem excitent ad exercitia huiusmodi fovenda, ad sublevandam illorum paupertatem qui egestate oppressi tam efficaci remedio alias privari deberent. In domo autem exercitiorum, ii tantum recipiantur qui, habita ratione loci, commode, quiete et devote ibi commorari possint.

CAPUT V.

De assidua praedicatione tempore Quadragesimae.

514. Ad fidem conservandam et bonos mores promovendos, frequens sit et opportuna sacra praedicatione tempore Quadragesimali et Adventus. Synodus enim Tridentina ait: *Tempore autem ieiuniorum Quadragesimae et Adventus Domini, quotidie vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, Sacras Scripturas divinamque legem annuntient*¹.


515. Omnes igitur animarum pastores tempore praesertim Quadragesimae, secundum methodum in sacris missionibus usitatam, parochianos suos pro diversitate sexus et status ad peculiares excipiendas instructiones convocent, quibus potissimum de singulis status sui officiis opportune doceri et ad fructuosam peragendum confessionem digneque communionem paschalem suscipiendam optime praeparari poterint.

516. Laudabilem servari volumus huius provinciae consuetudinem, vernacula lingua legendi in exercitiis vespertinis aut nocturnis singulis diebus Quadragesimae, eas Scripturae partes quae in Missa feriae continentur, additis, brevi sermone, aliquibus explanationibus. Quapropter, parochos, ceterosque sacerdotes hortamur ut hanc consuetudinem fideliter servandam current.

¹ Sess. 24, cap. 4, de ref.

517. Sed quoniam pastorum cura nihil proderit, nisi Christi fideles libenti animo verbum Dei audire voluerint, hortamur eosdem fideles, praecipue patres-familias, ut omni diligentia templum Dei adeant, et praedicationi tempore Quadragesimae devote assistant.

518. Tempore autem Adventus per opportunam praedicationem parochi fideles praeparent ad solemnia Nativitatis Domini pura conscientia et devota mente celebranda.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS X.

DE BONIS ECCLESIATICIS.

CAPUT I.

De decimis et primitiis.

519. Praeter ea quae ad divinum cultum immediate ordinantur, temporalia etiam bona possidendi ius habet nativum societas visibilis et perfecta, Ecclesia sancta, quibus sacri ministri sustentantur, et quorum ope etiam fidelibus, qui in paupertate detinentur, elemosynis subvenitur.

520. Unde merito praescriptae sunt obventiones quaedam a cunctis fidelibus solvendae, inter quas posteriori nunc loco in regione nostra gaudent decimae et primitiae.

521. Omnes igitur curam animarum habentes populum instruant de gravi obligatione qua tenetur ad decimas rite solvendas.

522. Omnes confessarii meminerint absolutione sacramentali indignos esse omnes qui decimas impediunt vel defraudant. Quoad restitutionem, stent prudentibus normis a probatis auctoribus traditis.

CAPUT II.

De taxis.

523. Prudenter current parochi et concionatores ut fideles rite intelligent, quod, si pro nonnullorum sacramentorum administratione a sacris ministris aliquid petatur, id non certe exigitur temporalis lucri causa, sed tantummodo veluti pars legitima congruae sustentationis.

524. Ad ea autem exsequenda quae nuper a SS. D. N. Leone PP. XIII praescripta fuere, haec Synodus praecepit ut taxationes in provincia nostra imponantur iuxta prudentissimas regulas quae a Sacra Congregatione Concilii definitae fuerunt in generali decreto die 10 Iunii 1896 promulgato; et postea, provinciale de taxationibus decretum ipsi Sacrae Congregationi, ad approbationem obtinendam quam primum subiiciatur, ut in singulis dioecesibus promulgetur. Inter ea legitimae consuetudines servari debent.

525. Praecipit etiam haec Synodus ne ullus clericus pacto, contractu, hortatu, aut conventione, per se, aut per alium, directe vel indirecto modo, pro sacramentorum administratione, sibi temporale quidquam dari procuret, praeter obventionem ab Episcopo constitutam.

526. Singuli huius Provinciae Episcopi diligenter confidere current et sua auctoritate firment, tabellam decimarum, iuxta uniuscuiusque dioeceseos legitimas consuetudines.

527. Primitiae ex primis fructibus terrae solvuntur grato animo erga Deum, et iuxta usus legitimos in unaquaque dioecesi vigentes.

528. Magnopere exoptantes miserrimae Indorum conditioni subvenire, statuimus ut ex parte decimarum aliquid detrahatur et applicetur ad scholas in locis Indorum erigendas aut fovendas, et etiam ad missiones instituendas, ut efficaciter provideatur eorum christianaे urbanitati, morumque reformationi.

CAPUT III.

De eleemosynis.

529. Parochi ceterique administratores eleemosynas fideliter impendant, secundum offerentium intentionem.

530. Confraternitatum moderatores, iuxta formam ab Ordinario praescribendam, eleemosynas accipere debent, et eiusdem pro arbitrio sit eas in ecclesiarum utilitatem aliosve pios usus prudenter erogare.

CAPUT IV.

De collectionibus eleemosynarum ab extraneis.

531. Quamvis Episcopus omnia opera bona favore suo prosequi naturaliter debeat, tamen, ne fiat in detrimentum proprii gregis, hisce nostris temporibus, cum ecclesiae privatae fuerint opimis redditibus quibus olim gaudebant; volumus ut cum ex alia dioecesi vel regione clericus venerit ad colligendas eleemosynas, Ordinarius probe examinet in quem finem colligantur, et super hoc litterae testimoniales respectivi Praelati et superioris exigantur; quod si e peregrina regione advenerint, non eos admittat, nisi deferant litteras commendatitias Praefecti S. Congregationis de Propaganda Fide, si de locis mis-

sionum agatur, vel alterius Romanae Congregationis, si de aliis locis.

532. Alienis igitur a dioecesi, nisi ad Mendicantium Ordines pertineant et superiorum licentiam habeant, parochi sine licentia Episcopi in scriptis determinata, eleemosynarum collectionem non permittant.

533. Parochi nullo modo concedant alienigenis, qui de licentia Episcopi iamdudum in suis regionibus eleemosynas petierunt, sodalia instituere, ut in posterum eleemosynas iterum obtineant; meminerint etiam parochi eis incumbere munus coetus huiusmodi, pro tempore existentes, compellere ut Ordinarium adeant. Ordinarii vero si agatur de pio opere Propagationis Fidei, vel de alio simili a S. Sede approbato, stent normis ab eadem S. Sede praescriptis.

CAPUT V.

De pensione pro Seminariis.

534. Quoniam ad Seminariorum fabricam instituendam, et ad legitimam mercedem praceptoribus et ministris solvendam et ad alios sumptus sunt quidam reditus necessarii: Episcopi, secundum Tridentini decretum, ex integris fructibus mensae episcopalnis et capituli et omnium beneficiorum et fabricarum parochialium, partem aliquam detrahant ut seminario applicetur.

535. Ab hac pensione eximuntur monasteria Mendicantium aliaque privilegiata, sed iuxta normas et conditiones canonicas.

536. Quantitas pensionis constitui debet ab Episcopo, de consilio duorum deputatorum a capitulo ac totidem de clero.

537. In taxandis portionibus beneficiorum habenda est ratio ad perpetua onera eorumdem et ad expensas alias necessarias a beneficiariis faciendas, quae prius deducendae sunt.

538. Pensio instituenda est iuxta beneficii qualitatem, loci et dioeceseos ubertatem; et sufficere potest summa trium pro quolibet centenario.

539. Si Seminariorum fundus reperiatur auctus redditibus, tunc quantum ab ipso lucratum sit, tantumdem demi debet de taxatione; si contra acciderit, proportione et lege canonica servata, augeri debet taxatio.

540. Pensio est anticipate solvenda de quadrimestri in quadrimestre vel de semestri in semestre. Nihilominus, ex consuetudine mora aliqua permitti potest, sed minime ultra anni scholaris finem, et dummodo de scheme ingressum uniuscuiusque parochiae nunquam omissio fiat, ut prae oculis habito, summa trium pro quolibet centenario solvatur.

541. Episcopus debitores compellere potest ad pensionem taxae pro Seminario solvendam, etiam censuris aliquis iuris sanctionibus.

542. Rationes autem de Seminarii redditibus, singulis annis ab Episcopo accipiantur, praesentibus duobus a capitulo et totidem a clero civitatis deputatis.

CAPUT VI.

De pensione pro Scholis.

543. De Episcoporum prudentia erit, sive ex massa decimali, sive ex eleemosynis a fidelibus oblatis, sive ex piorum operum proventibus aliquid assumere ad scholas sustinendas: servatis tamen servandis.

CAPUT VII.

De pensione pro Parochia.

544. Valde curare debent Episcopi ut unaquaeque parochia iis omnibus instructa sit, quae necessaria sunt ad divinum cultum, ad religiosam parochi habitationem, ad prudentem administrationem temporalem; speciale tamen sollicitudinem habeant de iusta et fidei applicatione oblationum fidelium ad propriam destinationem; fabricaeque conservationi et reparacioni sedulo etiam attendant.

545. Oportet etiam ut aliquid de summa decimali, ut mos est, parochis ministretur ad expensas fabricae.

546. Item optamus, ut ex pia confraternitate adorationis perpetuae SS. Sacramenti, quidquid quotannis superfuerit, assumatur ad ecclesiae parochialis et sacrae eiusdem ecclesiae supellectilis conservationem, reparationem et ornatum, deductis ipsis confraternitatis oeconomicis sumptibus, servatisque servandis.

CAPUT VIII.

De missarum stipendio.

547. Ad Episcopos spectat missarum stipendia secundum regionum temporumque adiuncta determinare: ideoque Episcoporum de hac re rite praescripta vel praescribenda fideliter serventur.

548. Cum in die Natalis Domini singulis sacerdotibus tres missas celebrare liceat, triplex etiam stipendum accipere possunt; in die vero commemorationis

omnium fidelium defunctorum, etsi de apostolico indulto itidem tres missae in regionibus nostris permittantur, una tantum cum stipendio, aliae vero duae pro omnibus fidelibus defunctis applicari possunt. Contrarium facientes graviter puniantur.

549. Cum necessitatis causa, de licentia Episcopi per indultum Apostolicum concessa, quibusdam sacerdotibus permittatur diebus dominicis et festis duas missas celebrare, decet ut ab Episcopo, omnibus perpensis, retributio pecuniaria determinetur, ne forte accidat ut unus sacerdos minorem, alias maiorem retributionem exigat; servatis tamen clausulis eiusdem indulti Apostolici.

550. Ne in posterum ab aliquo sacerdote, quod Deus avertat, in praxi defendatur, in memoriam revocamus propositionem ab Alexandre VII damnatam, scilicet: « Post decretum Urbani, potest sacerdos, cui missae celebranda traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte sibi retenta ».

551. Omnino damnamus, et ab Ordinariis esse volumus coercendam eorum agendi rationem, qui adhibitis publicis incitamentis et praemiis, vel alio quocumque modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces rependunt. Huiusmodi contractus coherestari haud possunt, etiamsi vel quia nulla facta imminutione, tot missae a memoratis collectoribus celebranda committuntur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis missarum parentibus subvenitur, vel denique quia lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur non in proprium


colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur. Si quis autem ex sacerdotali ordine contra decretum hocce deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedi reservatae et ipso facto incurrandae, obnoxius esse sciat, clericus autem sacerdotio nondum initatus, eidem suspensioni quoad suspectos ordines similiter subiectus est, et inhabilis praeterea credatur ad superiores ordines accipiendo; laici demum excommunicatione latae sententiae Episcopis reservata obstringuntur.

552. Sub iisdem poenis etiam prohibetur missarum eleemosynas a fidelibus vel piis locis acceptas, bibliopolis, mercatoribus, aliquique earum collectoribus tradere, sive recipientur, sive non recipientur, quae ab iisdem praemii nomine offeruntur; aut a predictis bibliopolis et mercatoribus, integro vel imminuto pretio, libros alias merces accipere pro missis celebrandis.

553. Episcopis quoque prohibitum est, nisi speciali S. Sedis venia, aut de consensu oblatorum, ex eleemosynis missarum, quas fideles celebrioribus sanctuarioribus tradere solent, aliquid detrahere, quando praesertim ea propriis redditibus careant.

554. Sub gravi obedientiae pracepto, omnes, et singuli beneficiati et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, in fine cuiuslibet anni missarum onera, quae reliqua sunt et quibus nondum satisfecerint, propriis Ordinariis tradant iuxta modum ab iis definiendum. Ordinarii autem acceptas missarum intentiones cum adnexo stipendio primum distribuent intra sacerdotes sibi subiectos, qui eis indigere novarent, alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus aliarum dioce-

ceeson, dummodo sibi noti sint omni exceptione maiores, et legitima documenta edant inter praefixum congruum tempus, quibus de exacta earumdem satisfactione constet. Serventur pariter alia praesertim recentiora S. Sedis decreta quae mercimonium Missarum quomodolibet respiciunt.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS XI.

DE IUDICIIS ECCLESIASTICIS.

CAPUT I.

De foro voluntario.

555. Forum nuncupatur locus iudiciorum, et etiam ipsa iurisdictio. Ecclesiam hanc iurisdictionem exercuisse etiam ab Apostolorum tempore, dubitari non potest. Episcopi universi, in sua quiske ecclesia, tribunal vel forum habuerunt ad Ecclesiam gubernandam, sive per se, sive per delegatos vel Vicarios. Itaque, Episcopi nostri ea omnia regant quae per expressas Ecclesiae definitiones, vel legitimas consuetudines eorum iurisdictioni, sive ratione personarum, sive ratione rerum, sive ratione finis subiacere constat.

556. Iurisdictio dicitur voluntaria, quae exerceatur in volentes, sive clerici sint sive laici, dummodo res ipsa quae praecipitur spiritualis sit.

557. Omnes spirituales causae ad forum ecclesiasticum pertinent, quamvis praeter salutem animarum, temporalem profectum vel materiale damnum secum deferant; et in dubio, ad potestatem ecclesiastica spectat determinare an causa subiaceat suae iurisdictioni, necne.

558. In iurisdictione voluntaria, nec processus fit, nec sententia pronuntiatur; sed gratiae conceduntur

Conc. Mechoacan.

vel negantur sine forma iudicii, prout in quovis casu magis expedire videatur. Omnes petitiones in bona ratione fundatae exhibendae sunt.

559. Facultatem sive ordinariam, sive delegatam, quam iudex habeat, minime excedat praecipiendo vel concedendo aut denegando; sed singulos casus diligenter inquirat, ut iuri vel delegationi in omnibus conformis sit eius determinatio.

CAPUT II.

De foro contentioso.

560. Iurisdictio in foro contentioso exercetur etiam in invitos, et iudicat de his quae in controversiam veniunt ac determinari debent adhibita forma iudicii, servatisque regulis de iure servandis. Iurisdictio contentiosa solum ordinatur ad forum externum; et eo ipso quod requirit processum iudiciale, exerceri nequit extra proprium territorium sine expresso vel tacito consensu Ordinarii loci et partium litigantium, iuxta regulam: *Extra territorium ius dicenti non paretur impune.*

561. Ad hoc forum pertinent causae spirituales et iis annexae, in quibus aliqua contentio inter partes habeatur, quae non nisi judiciali sententia et Ecclesiae legibus dirimi potest.

562. Non quisvis iudex ecclesiasticus potest omnes ecclesiasticas cognoscere causas; nam plures, veluti causae quae maiores dicuntur, S. Sedi reservantur.

563. Tres saltem personae ad iudicium requiruntur: *actor* qui petit, *reus* contra quem petit, et *iudex* qui sententiam proferat. Sententia huiusmodi, quamvis in

foro externo prolate, in conscientia obligat, nisi legitima appellatione interposita impediatur.

CAPUT III.

De causis civilibus.

564. Iure ecclesiastico, Episcopus iudiciale habet potestatem in cunctas ecclesias et in omnes clericos suae dioecesis; unde nemo potest ipsius forum declinare, nisi exemptionis privilegium ostendat, aut longevam huius exemptionis praescriptionem legitime probaverit.

565. Ad Episcopum ergo recurrendum est in omnibus ecclesiarum et clericorum causis, in quibus contentio est sententiā dirimenda. Processus sequatur in iudiciis ordinariis et solemnibus iuxta canonicas tramitationes et ordine iudiciorum servato.

566. Sententia pronuntiatur iuxta allegata et probata. Appellatio autem, cum admittenda est, interponitur ad Metropolitam. Ex apostolico privilegio in regionibus nostris, a Metropolita ad Episcopum vicinorem appellatur. Si iudex, ad quem appellatur, priorem confirmat sententiam, ista vim habet rei iudicatae et executionem parat; si vero tulerit sententiam contrariam, secunda appellatio fiat ad Metropolitam aut Episcopum vicinorem illi a quo prior sententia lata fuit, et huius tertii sententia, vel priori vel posteriori conformis exsequatur.

CAPUT IV.

De causis criminalibus.

567. Causarum criminalium materia, sunt omnia spiritualia delicta et etiam mixta, in eo quod spirituale sit.

568. Earum causarum materia sunt etiam delicta civilia, ab iis personis commissa quae fori ecclesiastici privilegio potiuntur, cum restrictionibus canonica lege vel legitima consuetudine rite impositis.

569. Iudex autem caute procedat in huiusmodi delictis iudicandis et poenis etiam spiritualibus impnendis, rerum praesertim adiunctis in quibus versamur attentis.

570. Iudex ecclesiasticus in causarum criminalium tractatione, canonicas praescriptiones et instructionem S. C. Episc. et Regul. 11 Junii 1880 pree oculis habeat.

CAPUT V.

De suspensione ex informata conscientia.

571. Iuxta Tridentini decretum, ei cui ascensus ad sacros ordines a suo Praelato ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extra judicialiter fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus, gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, dignitates, sive honores restitutio suffragetur¹.

572. Episcopo et Praelato regulari, quoad suos

¹ Sess. 14, cap. 1, de reform.

subditos, competit potestas procedendi ex informata conscientia.

573. Modus autem procedendi est omnino extra judicialis, nec requiruntur admonitiones canonicae, et satis erit, si Praelatus simplici utatur praecepto in scriptis, quo declareret se suspensionem indicere, prudenter ipsius arbitrio relicto suspensionis causam delinquenti, aut patefacere aut reticere.

574. In causis tantum criminalibus occultis, iste modus locum obtineat, non vero in publicis. Neque ostendatur nisi ad prohibitionem ascendendi ad ordines, gradus et dignitates, et ad suspensionem temporalem ab ordinibus, gradibus et dignitatibus susceptis. Suspensiones autem in perpetuum numquam ferenda sunt.

575. Ab hac sententia non datur appellatio, neque ad Metropolitam, sed tantum recursus ad Summum Pontificem, cui clericus querelas suas exponere poterit. Consultum idcirco erit, ut antequam haec infligatur pena, probationes illius extra judicialiter et secreto colligantur, ad culpam comprobandum coram Pontifice, si necesse fuerit.

CAPUT VI.

De dispensationibus matrimonialibus.

576. Duo requiruntur, ut dispensatio ab impedimentis matrimonii recte obtineatur, potestas scilicet, in dispensatore et causa sufficiens in postulatione. Dispensator ergo, potestatem delegatam minime excedat, et postulans diligenter curet, quod dispensationis causa sit: primum, vera; secundo, sufficiens.

577. Informatio matrimonialis, ut obtineatur dispensatio, sedulo exaranda est (omissis tamen inutilibus et

superfluis solemnitatibus) ex contrahentium et testium omni exceptione maiorum declarationibus, parentibus insuper auditis super consensu, ut ex omnibus appareat existentia et sufficientia causae dispensationis obtinendae.

578. Pro examine testium, ad probandam status libertatem, adamussim serventur instructiones Clementis PP. X; S. Officii, *Cum alias*, 21 Aug. 1670 et *Matrimonii vinculo*, anni 1868.

579. Ut rite valeant parochi dispensationes impretrare, prae oculis habeant Instructionem S. C. de Prop. Fide diei 9 Mai 1877 ac etiam speciales instructiones ab Ordinario uniuscuiusque dioecesis promulgatas.

580. Meminerint parochi, quod expressio causarum, earumque verificatio ad substantiam pertinet et validitatem, quibus deficientibus, gratia nulla atque irrita est. Qua in re ad memoriam revocanda sunt principia a probatis canonistis tradita.

CAPUT VII.

De divortiis.

581. Sola coniugum voluntate, divortium quoad torum simul et cohabitationem, in perpetuum, valere non potest, quia causae matrimoniales non nisi ecclesiastica potestate dirimenda sunt.

582. Sola coniugum voluntas non est causa sufficiens decernendi divortium; sed canonica requiritur causa, vel iure espresso, vel quae ex probatorum canonistarum sententia sufficiens iudicetur.

583. Solus autem coniux innocens, et nullus praeter eum, sine speciali mandato, causam divortii, apud iudicem promovere, vel prosequi potest.

584. Sanctae matris Ecclesiae spiritui valde consonum erit iudicem ante rei citationem, et quoties in iudicij tramitatione ei opportunum videbitur, reconciliationem partium promovere.

585. Audiatur etiam Promotor Fiscalis in divortii causis, quae filiorum utilitatem vel damnum directe respiciunt, et bonum societatis vel indirecto modo attingunt.

586. Denique, sedulo observari debent in his causis dispositiones a S. Sede editas.

CAPUT VIII.

De nullitate matrimonii.

587. Causae matrimoniales solis Episcopis reservatae sunt.

588. Defensor matrimoniorum in singulis dioecesis eligatur iuris peritus et probitate vitae notus, qui semper adsit in iudicio sub poena nullitatis; praestet iuramentum in singulis causis et citetur in omnibus actibus. Non appellabit a sententia pro validitate matrimonii prolata, et e contra appellationem semper interponat a sententia pro invaliditate prolata.

589. Ut causa tractanda suscipiatur, accusatio contra matrimonium, regularis et iuridica, in scriptis deferatur ante iudicem, qui esse debet ille in cuius dioecesi reus domicilium habet. Exceptioni locus est si coniugale vitae consortium, aut per separationem quoad torum et mensam, aut per desertionem malitiosam a marito patratam sublatum sit, iuxta normam Instructionis S. C. de Prop. Fide anni 1883 p. 1. n. 2.

590. Testes seorsim semper audiantur sub iuramento praestito de veritate dicenda et (si res ita

postulat) de secreto servando, et iudex inquirat de credibilitate et probitate singulorum qui in iudicio vocantur.

591. Inter examinandos, primo loco venit accusator; deinde coniuges et testes. Quae in actis continentur nemini communicanda sunt ante processus publicationem, uno excepto defensore matrimonii; et publicato processu, locus fiet defensionibus, quas ad sua iura tuenda partes allegare valuerint, et defensori matrimonii communicanda erunt, ut quatenus validitatem matrimonii impugnant, eas refutare valeat.

592. Integra causa, duobus aut tribus viris peritis, si haberi possint, examinanda subficiatur, et auditio eorum voto sententia ab Ordinario proferatur.

593. In tribunali appellationis diligenter examinabuntur acta, documenta, et testes a quibus novae informationes hauriri possint, iuxta methodum praescriptam; et auditio matrimonii defensore atque aliquibus etiam viris in scientia iuris peritis, sententia pronuntiabitur. Si haec secunda sententia matrimonium nullum esse declarat, et pars vel defensor matrimonii, pro sua conscientia non crediderit appellandum, in potestate coniugum sit alias contrahere nuptias, remanente causarum matrimonialium privilegio, ut numquam transeant in rem iudicatam.

594. In causis matrimonialibus prae oculis habentur citata Benedicti XIV Const. *Dei miseratione*, Instr. S. C. Conc. 22 Aug. 1840, praesertim quoad casus impotentiae et matrimonii rati et non consummati, nec non Instr. S. Officii 20 Jun. 1883.

595. Causae dispensationis a rato non consummato haud pertractari possunt, nisi habeatur apostolica delegatio.

CAPUT IX.

De poenis.

596. Ad extirpandas vitiorum spinas et peccatorum tribulos, quae vineam Domini Sabaoth obumbrare videntur, ac plantanda virtutum germina in quibus Dominus delectatur, Episcopi poenas decernentes ad culpabilium correctionem totis intendant viribus.

597. Correlativa sunt poena et culpa: *Sine culpa, nisi subsit causa, non est alius puniendus*¹. Proinde, poena culpe est proportionanda: *Pro mensura peccati, erit et plagarum modus*².

598. Quoad poenarum applicationem, iudex ecclesiasticus, secundum canonicas et legitimas sanctiones procedat. In his vero, de quibus ius non inveniatur expressum, aequitatem servare debet; sed in humaniorem declinando partem, secundum quod personae, causae, loca et tempora postulare videantur.

599. In excessibus igitur singulorum, non solum quantitas et qualitas delicti, sed aetas, scientia, sexus atque conditio delinquentis sunt attendenda. Et non solum secundum praedicta, sed etiam secundum locum et tempus quo delictum committatur, unicuique debet poenitentia indicari, cum idem excessus magis sit in uno quam in alio puniendus. Quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solet transire.

600. Si criminosos durissimam, per plures annos, viderimus poenitentiam agere, tunc et saluti eorum possemus consulere, et statuta canonum deberemus tem-

¹ Regul. 23 Iuris.

² Deut. xxv, 2.

perare; cum vero in aliquibus, nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi vel plangendi appareat, vere dicatur, quia illi ipsi quibus falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi advenerint, contra nos causam dicturi sunt.

CAPUT X.

De tabulariis seu archiviis.

601. Archivia, quae in curia episcopali, in capitulo cathedrali et in paroeciis esse debent, religiosissime serventur et ordine disponantur digesta; ut inde, cum opus fuerit, promi possit quidquid in foro ecclesiastico pertractatum desideretur. Nemini eorum exemplaria et documenta praebeantur nisi licentia in scriptis habita a legitimo superiore. Denique unusquisque notarius successori suo tabularia non nisi indice confecto tradere potest.

TITULUS XII.

DE PROMULGATIONE DECRETORUM
CONCILII.

CAPUT UNICUM.

602. Volumus et decernimus ut omnia quae in hac Provinciali Synodo a nobis praescripta sunt, observare teneantur omnes quos singula decreta attingunt: transgressores ad normam iuris, vel prudenti arbitrio et conscientia Ordinariorum puniantur.

603. Ad definienda autem, quae in hoc Mechoacanensi Concilio aut non continentur, aut non exprimuntur, sufficit norma iuris communis, cui Provincia nostra, ut aliae ecclesiasticae Provinciae et dioeceses, subiacet, salvis tamen privilegiis Americae Latinae vel singulis ecclesiis nostris certo concessis.

604. Obsequenti et gratissimo quo possumus animo, omnia et singula quae in hac Mechoacanensi Synodo, Domino opitulante, decrevimus et statuimus, Sanctae, Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae, recognoscenda et emendanda subiicimus.

605. Volumus insuper, ut haec nostra statuta et decreta, postquam a Sancta Sede Apostolica fuerint recognita et emendata, typis edantur et a Metropolita quamprimum promulgentur.

perare; cum vero in aliquibus, nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi vel plangendi appareat, vere dicatur, quia illi ipsi quibus falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi advenerint, contra nos causam dicturi sunt.

CAPUT X.

De tabulariis seu archiviis.

601. Archivia, quae in curia episcopali, in capitulo cathedrali et in paroeciis esse debent, religiosissime serventur et ordine disponantur digesta; ut inde, cum opus fuerit, promi possit quidquid in foro ecclesiastico pertractatum desideretur. Nemini eorum exemplaria et documenta praebeantur nisi licentia in scriptis habita a legitimo superiore. Denique unusquisque notarius successori suo tabularia non nisi indice confecto tradere potest.

TITULUS XII.

DE PROMULGATIONE DECRETORUM
CONCILII.

CAPUT UNICUM.

602. Volumus et decernimus ut omnia quae in hac Provinciali Synodo a nobis praescripta sunt, observare teneantur omnes quos singula decreta attingunt: transgressores ad normam iuris, vel prudenti arbitrio et conscientia Ordinariorum puniantur.

603. Ad definienda autem, quae in hoc Mechoacanensi Concilio aut non continentur, aut non exprimuntur, sufficit norma iuris communis, cui Provincia nostra, ut aliae ecclesiasticae Provinciae et dioeceses, subiacet, salvis tamen privilegiis Americae Latinae vel singulis ecclesiis nostris certo concessis.

604. Obsequenti et gratissimo quo possumus animo, omnia et singula quae in hac Mechoacanensi Synodo, Domino opitulante, decrevimus et statuimus, Sanctae, Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae, recognoscenda et emendanda subiicimus.

605. Volumus insuper, ut haec nostra statuta et decreta, postquam a Sancta Sede Apostolica fuerint recognita et emendata, typis edantur et a Metropolita quamprimum promulgentur.

606. Si quod autem dubium in iis quae substantiam et vigorem ipsorum decretorum nullatenus respi-
ciunt oriatur, solutio a Metropolita erit petenda, eique,
salva Sedis Apostolicae auctoritate, standum erit, usque
dum novum provinciale concilium celebretur.

Votis denique concordibus, omnia et singula huius
nostrri concilii decreta et statuta definientes, subscribi-
mus Moreliae, die vigesima octava Martii, anno repa-
ratae salutis millesimo octingentesimo nonagesimo
septimo.

† JOSEPHUS IGNATIUS, *Arch. Mechoacanensis.*
† THOMAS, *Episcopus Leonensis.*
† RAPHAEL, *Episcopus de Queretaro.*
† HERCULANUS, *Episcopus Sonorensis.*
Canonicus FRANCISCUS MENDOZA, *Episcopi
Zamorensis procurator.*

AUGUSTINUS P. PALLARES
Concili a Secretis.

INDEX

LITTERAE PATRUM CONCILII AD SANCTISSIMUM D. N. LEONEM
PAPAM XIII pag. VII

LITTERAE ARCHIEPISCOPI MECHOACANENSIS EMINENTISSIMO CAR-
INALI DI PIETRO S. C. CONCILII PRAEFECTO IX

DECRETUM PROMULGATIONIS CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI . . XI

RECOGNITIO CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI — DECRETUM
S. CONGREGATIONIS CONCILII XIII

ACTA CONCILII.

ACTA CONCILII PRIMI PROVINCIALIS MECHOACANENSIS 3

CONGREGATIO GENERALIS PRAEPARATORIA.

Metropolita	7
Episcopi Suffraganei	7
Metropolitae Consultores	8
Capitulorum Procuratores	8
Seminariorum Rectores	8
Ordinum Religiosorum Superiores	8
Concili Promotores	8
Secretarii	8
Notarii	8
Caeremoniarum Magistri	9
Iudices Synodales	9
Concili Consultores	9
Cantores	10
Ostiarii	10
Decretum de secreto ab omnibus servando	10



606. Si quod autem dubium in iis quae substantiam et vigorem ipsorum decretorum nullatenus respi-
ciunt oriatur, solutio a Metropolita erit petenda, eique,
salva Sedis Apostolicae auctoritate, standum erit, usque
dum novum provinciale concilium celebretur.

Votis denique concordibus, omnia et singula huius
nostrri concilii decreta et statuta definientes, subscribi-
mus Moreliae, die vigesima octava Martii, anno repa-
ratae salutis millesimo octingentesimo nonagesimo
septimo.

† JOSEPHUS IGNATIUS, *Arch. Mechoacanensis.*
† THOMAS, *Episcopus Leonensis.*
† RAPHAEL, *Episcopus de Queretaro.*
† HERCULANUS, *Episcopus Sonorensis.*
Canonicus FRANCISCUS MENDOZA, *Episcopi
Zamorensis procurator.*

AUGUSTINUS P. PALLARES
Concili a Secretis.

INDEX

LITTERAE PATRUM CONCILII AD SANCTISSIMUM D. N. LEONEM
PAPAM XIII pag. VII

LITTERAE ARCHIEPISCOPI MECHOACANENSIS EMINENTISSIMO CAR-
INALI DI PIETRO S. C. CONCILII PRAEFECTO IX

DECRETUM PROMULGATIONIS CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI . . XI

RECOGNITIO CONCILII MECHOACANENSIS PRIMI — DECRETUM
S. CONGREGATIONIS CONCILII XIII

ACTA CONCILII.


ACTA CONCILII PRIMI PROVINCIALIS MECHOACANENSIS 3

CONGREGATIO GENERALIS PRAEPARATORIA.

Metropolita	7
Episcopi Suffraganei	7
Metropolitae Consultores	8
Capitulorum Procuratores	8
Seminariorum Rectores	8
Ordinum Religiosorum Superiores	8
Concili Promotores	8
Secretarii	8
Notarii	8
Caeremoniarum Magistri	9
Iudices Synodales	9
Concili Consultores	9
Cantores	10
Ostiarii	10
Decretum de secreto ab omnibus servando	10



COMMISSIO PRIMA	<i>pag.</i>	11
COMMISSIO SECUNDA		12
COMMISSIO TERTIA		12
COMMISSIO QUARTA		12
COMMISSIO QUINTA		13
 SESSIO SOLEMNIS PRIMA		13
Decretum pro aperiendo concilio		15
Decretum de professione fidei		16
Decretum de modo vivendi in concilio		17
Decretum de concilii officialibus		17
Decretum de praejudicio non afferendo		18
Decretum de non discedendo		18
Decretum de nominatione synodalium iudicium		19
Decretum de inductione futurae sessionis		20
 SESSIO SOLEMNIS SECUNDA		20
SESSIO SOLEMNIS TERTIA		22
SESSIO SOLEMNIS QUARTA		22
SESSIO SOLEMNIS QUINTA		23
SESSIO SOLEMNIS SEXTA		24
SESSIO SOLEMNIS ULTIMA		24
 Decretum de testibus synodalibus		25
Decretum de subscriptione decretorum		26
Decretum de proximo Concilio provinciali		27
Decretum de Concilio finiendo		27
Acclamations		28



DECRETA CONCILII
TITULUS I.
DE FIDE CATHOLICA.

Caput I. De fidei professione	33
» II. De spiritismo et hypnotismo	37
» III. De conversatione cum acatholicis	38
» IV. De scholis et collegiis acatholicis et neutris	40
» V. De pravis libris et ephemeredibus	41

TITULUS II.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

Caput I. De Metropolita	<i>pag.</i>	47
» II. De Episcopis		48
» III. De Vicario Capitulari		50
» IV. De Concilio Provinciali		51
» V. De Synodo Dioecesana		53
» VI. De Capitulis		54
» VII. De Curia Episcopali		56
» VIII. De Vicario Generali		57
» IX. De Promotore Fiscalis		58
» X. De Vicariis Foraneis		59
» XI. De Parochis		59
» XII. De Vicariis seu Coadiutoribus parochialibus		61
» XIII. De Sacristis Maioribus		62
» XIV. De Capellanis et ceteris clericis		62
» XV. De Regularibus utriusque sexus		63

TITULUS III.

DE CULTU DIVINO.

Caput I. De sacrosanto Missae sacrificio	65
» II. De cultu Sanctissimae Eucharistiae	67
» III. De publica Sanctissimae Eucharistiae expositione	69
» IV. De cultu Beatae Mariae Virginis in genere	72
» V. De cultu B. V. Mariae de Guadalupe in specie	73
» VI. De cultu sanctorum et de Indulgentiis	75
» VII. De Indulgentiis	78
» VIII. De festis de praecerto	80
» IX. De ieunio et abstinentia	81
» X. De Indorum Privilegiis	82
» XI. De Musica sacra	82
» XII. De praecipuis devotionis exercitiis	84
» XIII. De piis Sodalitiis	85
» XIV. De ecclesiastica sepultura et de suffragiis pro defunctis	88
» XV. De ecclesiis et sacra supellectili	91

TITULUS IV.

DE SACRAMENTIS.

Caput I.	De sacramentis in genere	<i>pag.</i>	95
» II.	De Baptismo	<i>pag.</i>	96
» III.	De Confirmatione	<i>pag.</i>	99
» IV.	De Eucharistia	<i>pag.</i>	101
» V.	De Poenitentia	<i>pag.</i>	105
» VI.	De Extrema Unctione	<i>pag.</i>	111
» VII.	De Ordine	<i>pag.</i>	114
» VIII.	De Matrimonio	<i>pag.</i>	119

Caput unicum	<i>pag.</i>	129
------------------------	-------------	-----

TITULUS VI.

DE INSTITUTIONE CLERICORUM.

Caput I.	De Seminariis	<i>pag.</i>	131
» II.	De ratione studiorum et de gradibus academicis	<i>pag.</i>	134
» III.	De ecclesiasticis studiis elapsis seminariis curriculis indesinenter perficiendis	<i>pag.</i>	136
» IV.	De examinatoribus ordinandorum et sacerdotum	<i>pag.</i>	137
» V.	De collationibus seu conferentiis ecclesiasticis	<i>pag.</i>	139

TITULUS VII.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

Caput I.	De confessione frequenti	<i>pag.</i>	143
» II.	De exercitiis spiritualibus	<i>pag.</i>	144
» III.	De delatione habitus et tonsurae	<i>pag.</i>	145
» IV.	De residentia clericorum	<i>pag.</i>	147
» V.	De clericis alienae dioecesis	<i>pag.</i>	148
» VI.	De his quae clericis prohibentur	<i>pag.</i>	150
» VII.	De clericis aegrotantibus et pauperibus	<i>pag.</i>	153

TITULUS VIII.

DE CATHOLICA INSTITUTIONE IUVENTUTIS.

Caput I.	De Scholis primariis	<i>pag.</i>	155
» II.	De Scholis secundariis et professionalibus	<i>pag.</i>	157

TITULUS IX.

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

Caput I.	De sacra praedicatione	<i>pag.</i>	159
» II.	De catechesi	<i>pag.</i>	161
» III.	De sacris Missionibus ad populum	<i>pag.</i>	162
» IV.	De spiritualibus exercitiis	<i>pag.</i>	163
» V.	De assidua praedicatione tempore Quadragesimae	<i>pag.</i>	164

TITULUS X.

DE BONIS ECCLESIASTICIS.

Caput I.	De decimis et primitiis	<i>pag.</i>	167
» II.	De taxis	<i>pag.</i>	168
» III.	De eleemosynis	<i>pag.</i>	169
» IV.	De collectionibus eleemosynarum ab extraneis	<i>pag.</i>	169
» V.	De pensione pro Seminariis	<i>pag.</i>	170
» VI.	De pensione pro Scholis	<i>pag.</i>	171
» VII.	De pensione pro Parochia	<i>pag.</i>	172
» VIII.	De missarum stipendio	<i>pag.</i>	172

TITULUS XI.

DE JUDICIS ECCLESIASTICIS.


Caput I.	De foro voluntario	<i>pag.</i>	177
» II.	De foro contentioso	<i>pag.</i>	178
» III.	De causis civilibus	<i>pag.</i>	179
» IV.	De causis criminalibus	<i>pag.</i>	180

Caput V.	De suspensione ex informata conscientia	pag. 180
> VI.	De dispensationibus matrimonialibus	181
> VII.	De divortiis	182
> VIII.	De nullitate matrimonii	183
> IX.	De poenis	185
> X.	De tabulariis seu archiviis	186

TITULUS XII.


DE PROMulgatione DECRETORUM CONCILII.

Caput unicum	187
--------------	-----




UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DIEGO